

27. O homo, qui bestis id quod natura eis inest auferre, et quod eorum natura adversum inserere potes, id quod natura tibi praestitit, conservare non potes. Homil. 9. sup. *Genes.*

28. Beneficiorum Dei animalia etiam partem habent, quae homini concessa sunt. *Ibid.* Hom. 28.

29. Bestiae praeter naturam est esse mansuetum: homini vero praeter naturam est feritas. Hom. 3. *de David et Saule.*

30. Nullum est animal, licet infirmum, quod non pro filiis suis defendendis robur assumat; neque ita mansuetum, quod abreptis catulis non irriteretur, et adversus rapientem, quanta potest, virtute saeviat. Hom. *de Nativ. septem Machabaeorum.*

31. Natura viperarum talis est, ut, cum morderit hominem, statim currat ad aquam; si autem aquam non invenierit, moritur. Hom. 3. *Oper. imperf. super Mal.*

32. Prae omnibus animalibus columba cultrix est charitatis. *Ibid.* Hom. 4.

33. Equus homine est bellicosior, aper robustior, lepus velocior, pavo formosior, cygnus magis canorus, elephas major, aquila visu acutior, omnes denique volucres diliores. *Prosec.*

34. Sed illas omnes homo superat ratione; quando autem ratione non utitur ut oportet, illis pejor est. Serm. 7. sup. *Ep. ad Philipp.* in Moral.

LACT FIRM. 35. Fragile est omne animal, quod afficitur et commovetur. Lib. 2. *de Origine erroris*, cap. 18.

36. Omne animal doloris est fugiens. Lib. 3. *de falsa Sapientia*, cap. 8.

S. PETA. PAM. 37. Serpens fugit hominem nudum; aggreditur eum morsibus, quem cernit indutum. Lib. 1. *Epist. 13. ad Alexandrum papam.*

38. Bestia quaelibet ad hoc solummodo coit, ut gignat; homo solus ad hoc gignit, ut coeat. *Ibid.*

39. Castor, dum nativo perpendit ingenio, se non ob aliud insectari, nisi pro testiculis, ut medicinali serventur industriae praecedendis, ad stipulis truncum repente procurrit; seseque violenter impingens testiculos projicit: mox itaque longius provolans versus ad venatorem, in duobus se pedibus erigit, nec se jam habere, pro quo quaratur, ostendit. *Ibid.*

## SENTENTIA PAGANORUM.

ARISTOTELES.

40. Animal vigilans semper laborat. 7. *Ethic.*  
41, 42. Animalia augentur magis dormiendo, quam vigilando. Lib. *de Somno et vigilia.*

43. Natura facit omnia animalia propter finem. 1. *Politie.*

44. Nullum animal in partu patitur tam vehementissimos dolores, sicut mulier. 2. *Phys.* et 4. *Metaphys.*

45. Simulatque natum est animal, ipsum sibi conciliari et commendari incipit ad se conservandum. Lib. 3. *de Finibus.*

46. Omne animal seipsum diligit; et, simul ac ortum est, id agit ut se conservet. *Ibid.*

47. Pudeat cum animalibus permutasse mores. *SENeca.*

48. Nullum animal morosius est, nullum majore arte tractandum, quam homo. Lib. 1. *de Clementia*, cap. 17.

49. Pudeat hominem ab exiguis animalibus non trahere mores. *Ibid.* cap. 19.

50. Officia etiam ferae sentiunt, nec ullum tam immansuetum animal est, quod non cure mitiget, et in amorem sui vertat. Lib. 1. *de Benefic.*, cap. 3.

51. Nullum animal ad vitam prodit, sine metu mortis. Ep. 121.

52. Mutum animal sensu comprehendit praesentia, praeteritorum reminiscitur, cum id incidit quo sensus admonetur. Ep. 124.

## ANIMUS.

*Differentia.* Inter animam, animum, spiritum et mentem hoc interest, quod anima est, qua vivimus; animus, quo regimur; spiritus, quo spiramus; mens, qua cogitamus. Lib. 1. *de Different. different.* 177.

*Comparatio.* Animus justus similis est grano, quod flante vento remanet; animus impius similis paleae, quam ventus huc illucque defert. Sup. *Psalms.* 1, 3.

Sicut oculus pascitur ex specie, sic animus poscitur ex cogitatione. Lib. 4. *de Arca Nos morati*, cap. 8.

## SENTENTIA PATRUM.

1. Unusquisque sibi ipsum animum suum sibi severum Judicem sui, ultorem sceleris, et vindicem criminis habet. Lib. 7. Ep. 44, *ad Constantium.*

2. Animus, victus illecebris, totum hominem carneum facit. Sup. *Ep. 1. ad Cor.* 5.

3. Animus culpa auctor est, caro ministra. Lib. 2. *de Patient.* capite 14.

4. Animus, distentus per multa, multo lacertur curis necesse est. Serm. 1. *Pentec.*

5. Miser est omnis animus vinculus amicitia rerum mortalium. Lib. 4. *Confess.* cap. 6.

6. Nihil esse sentio quod magis ex arce deiciat animum virilem, quam blandimenta femineae. Lib. 1. *Soliloq.*, cap. 10.

7. Aeternam legem mundis animis fas est cognoscere, judicare autem non fas est. *De vera Relig.* cap. 31.

8. Animus nullo modo sanus existimandus est.

CICERO.

qui non temporalibus aeterna praeparat. Ep. 121. *ad Probam*, cap. 7.

9. Cum seipso sibi, quasi suo bono, animus gaudet, superbus est. Ep. 56, *ad Dioscor.*

10. Laudandum est non attractus ad opus serviliter animus, sed liberaliter et sponte devotus. Lib. 2, sup. *Exod.* quest. 170.

11. Ingenatus animus nihil magis erubescendum aestimat, quam rogare. *De Amicit.*, cap. 25.

12. Animus male sibi conscius, dum sibi videtur nullam penam pati, credit quod non judicet Deus; et sic auferuntur judicia Dei a facie ejus, cum haec ipsa sit magna damnatio. Sup. *Psalms.* ix, vers. 27: *Auferuntur judicia tua.*

13. Tormenta animi non sentit, qui non proficit. Sup. *Psalms.* xxxix.

14. Pereant argumenta philosophorum, qui negant in sapientem cadere perturbationes animorum. Tract. 60, in *Evang. Joan.* de cap. 13.

15. Animus a lege vincit debet. *Ex question. Vet. et Novi Testam.*, question. 109.

16. Animi ogestas nihil aliud est quam stultitia. *De beata vita, disput. tertiae diet.*

17. Melior est animus, cum obliviscitur sui, praeter charitate incommutabilis Dei. Lib. 1. *de Lib. arbit.* cap. 25.

18. Fit infirmus animus cum de mortali corpore cruciatur. Lib. 1. *de Doctr. christiana*, cap. 23.

19. Melior est animi aequitas, quam corporis sanitas. Lib. 19. *de Civit. Dei*, cap. 13.

20. Pena sua sibi est omnis inordinatus animus. Lib. 1. *Confess.* cap. 2.

21. Ubi homo Deo non servit, nullo modo potest juste animus corpori imperare. Lib. 19. *de Civit. Dei*, cap. 21.

S. BERNARD. 22. Quid indecentius, quam curvum recto corpore gerere animum? Serm. 34, sup. *Cant.*

23. Non est vir fortis, cui non crescit animus in ipsa rerum difficultate. Ep. 256. *ad Eugen. Papam.*

24. Semper in robusto et vegeto corpore animus mollior, atque tepidior jacet; et rursum, in corpore debili et infirmo, fortior viget promptiorque spiritus. Epist. 253. *ad Garinum Abbat.*

25. Talis animus comprobatur, qualis sermo ostenditur. *De Interiori domo*, cap. 43.

26. Inverecundis oculis et lascivis sermonibus libidinosus animus deprehenditur. *De ordine vitae.*

27. Vox quaedam animi est corporis motus; saepe enim per incessum proditur qualis sit animus. *Ibid.*

BOETIUS 28. Probis animis proprium deus, aliena non decepti improbitas. Lib. 4. *de Consol. philos.* prosa 3.

29. Animus in nobis est, quo nihil habet omnis natura fecundius, in quo insunt omnia semina virtutum. *Prosec.*

30. Quisque oculis incrementis, telluris instar, cupiditates ad honestissima quaque capessenda submittit. Hom. 6. *de Festis Paschal.*

31. Generosus est animus hominis, et facilius ducitur, quam trahitur. Sup. *Ep. ad Rom.*, cap. 12.

32. Animum cura implicat, quies explicat. Serm. 1, sup. *Cant.*

33. Vultus animi interpres est, et ab intimo affectu habitum trahit. *Ibid.* serm. 10.

34. Quanto fuerit expeditior animus, tanto impensor erit in illud quod amat. *Ibid.*

35. Animus dolentis, cogente molestia, per diversa desideria vagatur. *Prosec.*

36. In nocte diem, in die vesperam desiderat; quia dolor non sinit placere quod adest, et jam hoc expertus grave, consolante desiderio aliquid expectat, sed nec sic dolor finitur. Sup. *Job.* cap. 7.

37. Solerter animus ante actionis suae primordia cuncta debet adversa meditari. Lib. 1. *Moral.* cap. 4.

38. Tanto animus a laboris afflictione subtrahitur, quanto per spem ad summa sus tollitur. Lib. 6. *Moral.* cap. 7.

39. Mala praesentis vitae tanto durius animus sentit, quanto pensare bonum quod sequitur, negligit. Lib. 10. *Moral.*, cap. 12.

40. Tanto se animus amplius in cogitatione dilatat, quanto illud esse terribile quod imminet pensat. Lib. 15. *Moral.*, cap. 1.

41, 42, 43. Saepe amantissimus animus tanto contemplationis munere repletur, ut videre valeat quod loqui non valet. *Ibid.*, cap. 10.

44. Humanus animus multis cogitationibus occupatus, saepe sibi metipsum aliquo modo manet incognitus. Lib. 24. *Moral.* cap. 7.

45. Cum animus dividitur ad multa, fit minor ad singula. Lib. 1. *Dialog.*, cap. 4, verbo *Quid.*

46. Animus in visione Dei raptus, videre sine difficultate potest omne quod infra Deum est. *Ibid.* Lib. 2, cap. 35.

47. Animus instabilis est, deficit et proficit, et modo non vult. Lib. 2, *de Anima*, cap. 1.

48. Quod animus fideliter conservat, puritas mentis per bonos mores fideliter ordinat. *De Anima medicina*, cap. 8.

49. Paradisus voluptatis rationalis est et bonus animus; hujus cultor et custos est Deus, vastator et desertor est diabolus. Lib. 1, *Miscellan.* codicis primi titulo 70.

50. Animus amantis et parentis ad diversa raprosas.

S. CYRILLUS  
ALEX.DIONYSIUS  
CARTBUS.GILBERTUS  
FORRETANUS.

GLOSS. ORD.

S. GREGOR.  
MAGN.HUCCO A S.  
VICIORE.



pitur; nunc de promissione gloriatur, nunc de dilatione conperitur, nunc se derelictum propter pondus tribulationis, nunc se susceptum gratulari propter fiduciam repositionis. In *quosdam Psalmos*, cap. 51, in fine sup. illud. Psalm. xli: *Quare oblitus es mei?*

HUGO CARD. 51. Affectus boni animi semper proclivis est ad pietatem. Sup. *Genes.* cap. 43.

52. Animi boni humores, boni mores sunt. Sup. *Ep. ad Titum*, cap. 1.

S. JOANNES CHRYSOST. 53. Animi vitia corporis merore sunt demonstranda. *Prose.*

54. Si vexatus est animus, luceat corpus; quoniam quoties corpus in causa est, animus moestitia condolebit. Hom. 2, de *Lapsu primi hominis*.

55. Is qui tardus atque tepidus animus est, etiamsi multi temporis curricula ad sui penitentiam mereatur, nihil firmum atque robustum poterit promereri. Hom. de *Jona Propheta*.

56. Nihil est formoso animo formosius, nihil jucundius; nam corpora quidem absque dolore amari non possunt, animi autem pura sincerisque voluptate amantur. Hom. 33, sup. *Matth.*

57. Omnis principatus animi spiritus est. Hom. 48, sup. *Ep. I ad Cor.* in *Moralis*.

58. Animi pulchritudo, etiam in senectute multos habet amatores, nec unquam marcescit, sed floret jugiter. Hom. 7, sup. *Ep. II ad Cor.* in *Moralis*.

59. Omnes animi motus cedunt affectionibus. lb. Hom. 26, in *Moralis*.

60. Sanctus aequo est semper animo, sive in penuria, sive in abundantia sit. Serm. 48, sup. *Ep. ad Philipp.*

S. JOAN. DAM. 61. Natura corpori animus imperat. Orat. I, de *Imaginibus*.

S. ISIDORUS HISPALENS. 62. Non erit caro subjecta animæ, nec vitium rationi, si animus non est subditus conditori. Lib. I de *Sum. bono*, cap. 9.

S. JUST. MART. 63. Scabie animus laborat, plenusque est malorum succorum ex alijs colloquijs. *Ep. ad Zenam*.  
64. Animorum affectiones etiam ex vita declarantur. *Ibid.*

65. Is beatus est, cujus mundus et purus est animus. *Ibid.*

LACT. FER. 66. Animi officium est ea subtilius cernere, quæ acies corporalis non potest intueri. Lib. de *Orig. erroris*, cap. 3.

67. Animus queritur, et propositum ponderatur. Lib. 6, de *vero cultu*, cap. 12.

68. Animus est ad cogitandum mobilis, ad inveniendum solers, ad perspicendum facilis, ad discendum capax: ut preterita teneat, presentia comprehendat, futura prospiciat. In *Epitome divin. Instit.*, cap. *Dicam*.

69. Pravissimum est, cum ratio corporis recta sit (quod est temporale), seipsam vero animum (qui est æternus) humilem fieri. Lib. 2, de *Orig. erroris*, cap. 1.

70. Animi bona, mala sunt corporis; corporis bona mala sunt animi, quibus enervatus animus extinguitur. Lib. 7, de *Divino premio*, cap. 5.

71. Animus per se multa desiderat, quæ ad officium fructumve corporis non redundant. *Ibid.*, cap. 11.

72. Animus qui sapit, rector est corporis, cui membra obsequuntur tanquam regi et imperatori. *De Ira Dei*, cap. 10.

73. Quantumlibet sapienter et provide Index animus suis exterioribus præsit, inter ipsas tamen curas atque mensuras regenda carnis et alenda nimis ei semper vicina tentatio est. Serm. 5 de *Jejun. septimi mensis*.

74. Animus quem sub Dei gubernaculis constitutum, corporis decet esse rectorum, dominationis suæ obtineat dignitatem. Serm. 4, *Quadrages.*

75. Animus, cui summum bonum et verum gaudium Deus est, inter castas spiritalisque delicias in sapientia latitudine, et in veritatis luce versatur. Serm. 8, de *Jejun. septimi mensis*.

76. Animus ex seipso vacuus est specie, et e-

77. Nunquam in carnalibus affectionibus requiescit animus, ut cruciatu careat. *Ep. ad quemdam militem*.

78. Animos electorum, Deus flagellis interrogat. *Ep. 138, ad Gualterum Rothomag. Archiep.*

79. Fidelis sui ipsius interpretis est animus. *Ep. 11*.

80. Jacens animus plebeus est. Serm. 22.

81. Humanus animus sicut semper potest habere quo recidat: ita potest habere quo crescat. Libr. 6, *Epist. 13, ad Fratres*.

82. In corde animus suo tantum sensu dijudicat, et omnes varietates uno motu attingit. Serm. 334.

83. Regium profecto animum gerit, qui desuper suis imperare consuevit. Lib. 1, de *erudit. homin. interioris*, cap. 2.

84. Nihil crux sentit in nervo, cum animus in celo est; totum hominem animus circumfert, et quo velit transfert. *Ad Mariyres*, cap. 2.

85. Tanto perfectius animus ad Deum diligendum fertur, quanto magis ab affectu temporalium revocatur. *Opusc. de profec. vite spirit.* cap. 6.

86. Impeditur animus hominis, non libero possit Deo vacare, non solum ex amore exteriorum rerum, sed multo magis ex interiorum passionum impulsu. *Ibid.* cap. 8.

## SENTENTIE PAGANORUM.

CICERO.

87. Exculto animo, nihil agreste, nihil inhumanum est. Lib. 12, *Ep. 45*.

88. Animos hominum esse divinos, iisque cum e corpore excesserint, aditum in cælum patere perspicuum est. *De Amicit.*

89. Animus, profectus a Deo, cælum ipsum semper appetit. *De consolat.*

90. Mihi persuaderi nunquam potest, eum animum esse insipientem, cum ex insipienti corpore evasit; sed cum admixtione corporis liberatur purus et integer, esse sapientem. *De senectute*.

91. Animus, nec cum adest, nec cum discedit, apparet. *Ibid.*

92. Omnium rerum animo nihil est præstantius, neque divinius. *De Paradoxis*, cap. 2.

93. Nihil est animo velocius; nulla est celeritas quæ possit cum animi celeritate contendere. *Prose.*

94. Qui, si permanet incorruptus, necesse est ita feratur, ut penetret omne cælum. Lib. 1, *Tusc. Quæst.*

95. Cultura animi, est philosophia. *Ibid.* lib. 2.

96. Firmandum est animus ad dolorem ferendum. *Ibid.*

97. Est in animis omnium fere molle quiddam, demissum, humile, enervatum quodammodo et languidum. *Prose.*

98. Si nihil esset aliud, nihil esset homine deformius, sed præsto est domina omnium, et regina ratio, ut imperet illi parti animi quæ obedire debet, velut servo dominus, velut imperator militi, velut parens filio imperat. *Ibid.*

99. Animus æger semper errat, neque pati, neque perpeti potest, cupere nunquam desinit. *Ibid.* lib. 3.

100. Profecto animi medicina est philosophia. *Ibid.*

101. Munus animi est, ratione bene uti; et sapientis animus ita semper affectus est, ut ratione optime utatur. *Ibid.*

102. Humanus animus decerptus ex mente divina, cum alio nullo, nisi cum ipso Deo (si hoc fas est dictu) comparari potest. *Ibid.* lib. 5.

103. Animi quietus et placatus status cernitur, cum perturbatio nulla est, qua moveri queat. *Ibid.*

104. Corpus simile est ei, quod est mortale; animus autem ei, quod est divinum; divinum, ut imperet, atque præsit; mortale vero, ut subsit atque serviat. In *Dialogo Phædonis*.

105. Si immortalis sit animus, de illo curam esse gerendam consentaneum est: grave igitur erit periculum, si quis nunc ipsum animum neglexerit. *Ibid.*

106. Animus, qui eum propriumque ordinem, et ornatum habet (scilicet virtutum) melior est illo, qui ordinis et ornatus virtutum expers est. *De Rhetorica*.

107. Animus utitur corpore tanquam instrumento, ita ut in illud summum ipse obtineat imperium. In *Dialogo I Alcibiadis*.

108. Omnis animus est immortalis. In *dialogo Phæd.*

109. Homini nihil animo aptius est ad fugiendum malum; et ad bonum investigandum eligendumque in omnium optimum est. Lib. 5, de *Legibus*.

110. Animos divina origine hanstus est, cui nec senectus ulla, nec mors est. Suasor. 6.

111. Fortis est animus, ad quem preparatus venit. Lib. 3, de *Ira*, cap. 37.

112. Tanto hominum moderatior esse animus debet, quanto vehementius nocet. Lib. 1, de *Clementia ad Neronem*, cap. 19.

113. Animi bonum animus inveniat, non oculis. *De vita beata*, cap. 2.

114. Summum bonum est animus fortuita despicens, virtute lætus. *Ibid.* cap. 4.

115. Invicta vis animi est, perita rerum, placida in actu, cum humanitate nulla, et conversantium cura. *Ibid.*

116. Tanta animorum imbecillitas est, ubi ratio discessit. *De constantia sapientis*, cap. 17.

117. Angustus animus est quem terrena delectant. *De Consolat. ad Helviam*.

118. Animus est, qui parva extollit, sordida illustrat, et magna in pretio habita dehonestat. Lib. I de *Benefic.*, cap. 6.

119. Cogita in te præter animum nihil esse mirabile, cui magno nihil magnum est. *Ep. 8*.

120. Animus debet esse alacer, et fidens, et supra omnia erectus. *Ep. 23*.

121. Quid aliud est animus, quam quodammodo se habens spiritus? *Epist. 50*.

122. Indurandus est animus et a blandimentis voluptatum procul abstrahendus. *Epist. 51*.

123. Non est emolliendus animus. *Ibid.*

124. Animus in hoc tristis et obscuro corporis domicilio inclusus, quoties potest, apertum petit et in rerum naturæ contemplatione requiescit. *Ep. 65*.

125. Scire debemus non deformitate corporis fedari animus, sed pulchritudine animi corpus ornari. *Ep. 66*.

126. Animus noster ad vera perspicenda caligat. *Ep. 71*.

127. Corpus multis eget, ut valeat; animus ex se crescit, se ipse alit, se exercet. *Ep. 80*.

128. In insuperabili loco stat animus, qui ex-

S. LEO I.

S. PAULINUS.

Petrus BLESENS.

PET. CELL.

S. PETRUS CHRYSOS.

Petrus MAUR. CLUNIAC.

S. PROSPER.

RICH. A. S. VICTOR.

TERTULLIAN.

S. THOMAS AQUINAS.

PLATO.

SENECA.



terna deseruit, et aere se sua vindicat, infra illum omne telum cadit. Ep. 82.

129. Animus nunquam major est, quam ubi aliena seposuit; et fecit sibi pacem, nihil timendo; fecit sibi divitias, nihil concupiscendo. Ep. 87.

130. Animus nisi purus et sanctus sit, Deum non capit. *Ibid.*

131. Duæ res plurimum roboris dant animo, fides veri et fiducia. Ep. 94.

132. Valentior omni fortuna animus est, in utramque partem ipse res suas ducit, beatæque ac miseræ vitæ sibi causa est. *Prosec.*

133. Malus animus omnia in malum vertit, etiam quas specie optimi venerant.

134. Rectus atque integer corrigit prava fortuna, et dura atque aspera, ferendi scientia mollit.

135. Idemque et secunda grate excipit, modestæque, et adversa constanter atque fortiter. Epist. 98.

136. Magna et generosa res est hominis animus, qui nullos sibi poni, nisi communes et cum Deo terminos patitur. Epist. 102.

137. Si animus sanus est, si compositus, si gravis, ingenium sobrium erit. Epist. 114.

138. Animus modo rex est, modo tyrannus. *Prosecut.*

139. Rex, cum honesta intuetur, salutem sibi commissi corporis curat, et nihil imperat turpe, nihil sordidum.

140. Ubi vero impotens, cupidus, delicatus est, fit in nomen detestabile ac dirum, et fit tyrannus. Ep. 114.

141. Si nobis animum boni viri liceret inspicere, o quam pulchram faciem, quam sanctam, quam fulgentem videremus! hinc iustitia, illinc fortitudine, hinc temperantia prudentiaque lucentibus. Ep. 115.

142. Nos animum habere scimus: quid sit animus, ubi sit, qualis sit, nescimus. *Prosec.*

143. Qualis ad nos pervenit animi nostri sensus, quamvis naturam ejus ignoremus. Ep. 124.

144. Hominis bonum liber animus est ac rectus, alia subjiciens sibi se nulli. Epist. 124.

145. Optimus animus et pulcherrimus cultor Dei est. *De Moribus.*

146. Turpe spectaculum præbet animus æger. *Ibid.*

147. Omnium imperitorum animus, maxime tamen muliebris, in lubrico est. *De remediis fortuiti.*

## ANIMI AFFECTUS.

*Vide Affectus animi.*

## ANIMI PASSIO.

*Vide Motus animi.*

## ANTICHRISTUS.

## ANIMI REMISSIO.

*Vide Remissio animi.*

## ANTICHRISTUS.

*Etymologia.* Latine Antichristus contrarius

est Christo; non quomodo nonnulli intelligunt, Antichristum ideo dictum quod ante Christum venturus sit, id est, post eum venturus sit Christus; non sic dicitur, non sic scribitur, sed Antichristus, id est, contrarius Christo. Tract. 3. sup. Epist. Joann. de cap. 2.

Antichristus vocatur, quia Christo in cunctis contrarius erit, et Christo contraria faciet. *Prosec.*

Christus venit humilis, ille venit superbus; Christus venit humiles erigere, peccatores justificare, ille contra humiles dejiciet, peccatores magnificabit, impios exaltabit.

Semperque vita, que sunt contraria virtutibus docebit, legem evangelicam dissipabit, demonum culturam in mundum revocabit, gloriam vanam querens, omnipotentem Deum se nominabit. *De Antichristo.*

*Definitio.* Quis is est Antichristus? an Satanas? nequaquam: sed homo quispiam omnem Satane energiam adeptus. Hom. 3. sup. Ep. ad Thessal.

*Comparatio.* Sicut tempestas suscitatur nubila, nubila autem cooperiunt solem; sic impiorum persecutio suscitabit transgressionem, transgressio autem christianitatis obscurabit candorem. Hom. 49. oper. imperf. sup. Math., sup. illud 24: Sol obscurabitur.

## SENTENTIE PATRUM.

1. Omnium scelerum immanitas in uno Antichristo ita conveniet, ut par illi extiterit nil usquam. *Pros.*

2. Cainum longe superabit invidia, Nemrod superbia, truculentia Pharaonem, Adonibesech crudelitate.

3. Vincet exquisita malitia Nabuchodonosorem, Hieroboam et Manasse impietate, tyrannide Antiochum, Nicanorem blasphemia.

4. Herode erit fraudulenter, irator Daciano, Decio crudelior, Judæis sævior, omni denique immanitate flagitiorum erit immanior. Part. 4. Serm. 2, cap. 28. Quinquagena 1.

5. Non prius veniet Dominus, quam Regni Romani defectio fiat, et appareat Antichristus, qui interficiet sanctos, reddita Romanis libertate, sub suo tamen nomine. Sup. 2. ad Thessal. cap. 2.

6. Antichristus populum christianum a creatore suo captivare conabitur, ipse a presenti vita

## ANTICHRISTUS.

## ANTICHRISTUS.

captivabitur, et in infernum detrudetur. Sup. Apoc. cap. 13.

9. ANSELMUS. 7. Antichristus simulabit se religiosum, ut sub specie decipiat pietatis: imo se Deum esse dicet, et se adorare faciet, atque regna colorum promittet. *Prosec.*

8. Alios donis temporalium divitiarum corrumpet, alios autem cruciatibus, minis, atque terroribus franget, et in omni arte seductionis fraudes suas exercebit. Sup. Epist. II. ad Thessal. cap. 2.

9. Illa Antichristi persecutio cunctis præteritis major apparebit, quando pius martyr corpus suum tormentis subjiciet, et tamen ante ejus oculos miracula torror faciet. *Prosec.*

10. Quis enim ad fidem convertatur incredulus, cuius jam credentis non paveat et concutatur fides, quando persecutor pietatis, fiet etiam operator virtutis?

11. Et diabolus ipse, qui tormentis sæviet, ut Christus negetur, miraculis provocabit, ut Antichristo credatur.

12. Sed potens est Spiritus Dei corda suorum, etiam inter tam gravia testamenta custodire: nam signis et prodigiis seducentur, qui seduci merebuntur. *Ibid.*

5. ANTONIN. 13. Hypocritarum caput Antichristus designatur, quia pessimus hominum ille per maxime cum hypocritis decipiet.

5. AUGUSTINUS. 14. Qui modo tenet, teneat donec de medio fiat, et tunc revelabitur ille iniquus, etc. Docet nos Antichristum manifestum futurum, sed quantum temporis istud erit, nec saltem obscure locutus est. Epist. 80. ad Hesychium.

15. Illam sane novissimam persecutionem, quæ ab Antichristo futura est, præsentia sua ipse extinguet Jesus, et eum interficiet. Lib. 18. de Civ. Dei, cap. 53.

16. Alligatio diaboli est non permitti exercere totam tentationem, quam potest vel vi, vel dolo, ad seducendos homines in partem suam, cogendo violenter, fraudulenter fallendo. *Prosec.*

17. Tunc autem solvetur quando et breve tempus erit: nam tribus annis et sex mensibus legitur totis suis, suorum viribus sæviturus. *Ibid.* lib. 20, cap. 8.

18. Non poterunt impii attrahere in partes Antichristi Sanctos Christi, quos Christus vivens inveniet super terram, quando interficiet Antichristum spiritu oris sui. *Ibid.* cap. 12.

19. Hæc persecutio novissima, quæ futura est ab Antichristo, tribus annis et sex mensibus erit. *Ibid.* cap. 13.

20. Tantum qui modo imperat, imperet, donec de medio fiat, id est, de medio tollatur; et tunc

revelabitur iniquus, quem significari Antichristum nullus ambigit. *Ibid.* cap. 9.

21. Non veniet ad vivos et mortuos judicandos Christus, nisi prius venerit ad seducendos in anima mortuos adversarius ejus Antichristus. *Ibid.* cap. 19.

22. Tunc solvetur Satanas, et per illum Antichristus in omni sua virtute mirabiliter quidem, sed mendaciter operabitur: quoniam mortales sensus per phantasmata decepturus est, et Deus diabolum facere ista permittet justo ipsius judicio, quamvis faciat ille iniquo, malignoque consilio. *Ibid.*

23. Antichristi adversus Ecclesiam sustinendum regnum, sed exiguo spatio temporis sustinendum, donec Dei ultimo judicio regnum Sancti accipiant sempiternum. *Ibid.* cap. 23.

24. Elias ante adventum judicis salvatoris, non immerito speratur esse venturus; qui etiam nunc vivere non immerito creditur. *Ibid.* cap. 29.

25. In illo judicio, vel circa illud judicium has res didicimus esse futuras, Eliam Thesbiten Antichristum persecuturum, Christum judicaturum. *Ibid.* cap. 30.

26. Antichristus usque adeo bestus videbitur hominibus, ut etiam Deus putetur. Sup. Psalm. ix.

27. Prima persecutio Ecclesie, violenta fuit; altera persecutio, fraudulenta est, quæ nunc per hereticos et falsos fratres agitur; tertia superest per Antichristum ventura. *Prosec.*

28. Quia nihil periculosius est, quoniam et violenta et fraudulenta erit; vim habebit in imperio, dolum in miraculis. *Ibid.* vers. 31.

29. In Antichristo injustitia erit, et verax non erit: quia gloriam suam quæsiturus est, non ejus a quo missus erit; non enim missus erit, sed venire permissus. Tract. 29, sup. *Evang. Joann.* de cap. 7.

30. Qui christianus non est, Antichristus est, qui Christo est contrarius. In *speculo peccatoris*, cap. 8.

31. Antichristus diaboli filius, totius malitiæ artifex pessimus, cum totum mundum vexaverit, et omnem populum Dei variis penis cruciaverit, postquam Eliam et Enoch interfecerit, et cæteros in fide permanentes martyrio coronaverit, ad ultimum veniet ira Dei super illum, quem Dominus Jesus Christus interficiet spiritu oris sui. *De Antichristo.*

32. Antichristus se non solum diem, sed et meridiem mentietur et extolletur supra id quod dicitur, aut quod colitur Deus, quem Dominus Jesus destruet illustratione adventus sui, utpote verus et æternus meridiem. Serm. 33, sup. *Gant.*

S. BERNARD.



33. Qui Dei smt, libenter junguntur ei: qui autem ex adverso stat, aut Antichristi est, aut Antichristus. *Epist. 123, ad Hildebertum Turonens. Archiepisc.*

34. Antichristus erit luxuriosissimus, immundissimus et superbissimus, ita ut extollatur super omne quod dicitur Deus. *Serm. 13.*

35. Vox volucris nocte canentis, est prædicatio Antichristi prædicantis in nocte obscuritatis et infidelitatis. *Sup. Ecclesiasten, cap. 12, sup. illud: Consurget ad vocem volucris.*

36. Quatuor signa adventus Antichristi:

1. Quando senes erunt fatui, et sine prudentia;
2. Quando Christiani erunt sine fide;
3. Quando populus erit sine dilectione;
4. Quando divites erunt sine misericordia.

*Serm. 1, Dom. 24, post Pent.*

37. Quatuor alia signa Antichristi adventus:

1. Quando juvenes erunt sine reverentia;
2. Quando pauperes erunt sine humilitate;
3. Quando mulieres erunt sine verecundia;
4. Quando matrimonium erit sine continentia.

*Ibid.*

38. Quatuor alia signa Antichristi adventus:

1. Quando clerici erunt sine honestate, et sanctitate;
2. Quando erunt religiosi sine veritate, et austeritate;
3. Prælati sine sollicitudine regiminis, et pietate;
4. Domini terrarum sine misericordia, et liberalitate. *Ibid.*

39. Antichristus habebit Angelum, non ad promotionem suam, sed ad accusationem. *Lib. 2, Compend. Theolog. verit., cap. 18.*

40. Antichristus erit luxuriosus, et in concupiscentiis feminarum. *Ibid. lib. 7, cap. 8.*

41. Sicut Antichristus erit crudelior omnibus persecutoribus; ita Sancti tunc temporis fortiores erunt omnibus retro Martyribus. *Ibid. cap. 9.*

42. Antichristus multos ad se trahet: attrahet autem malos per munera, bonos per tormenta, simplices per miracula. *Ibid. cap. 10.*

43. Antichristus erit Apostata, nascetur ex spurcissima et salacissima muliere, atque veniet scelestissimus ille ut fur. *de Antichristo.*

44. Ut cunctos decipere possit, falsus et irreligiosissimus impostor Antichristus, se humilem simulabit, atque quietum, injustitia osorem, aversorem idolorum, magnum pietatis æstimatorem, benignum, pauperum amatorem. *Ibid.*

45. Antichristus alliciet atrahetque ad se plurimos, partim quidem rerum temporalium abundantia, partim apparenti sapientia, partim signorum falsorum evidèntia. *Prosec.*

46. Atractos vero rapiet, et morte æterna interficiet. *Sup. Psalm. ix, vers. 32, Dum atrahit eum.*

47. Fortis factus fuit confictus tempore Martyrum, sed fortior erit tempore Antichristi. *Sup. Josue, cap. 6.*

48. Antichristus in sublimi erit, cum se Deum mentietur: sed tunc stultus apparebit, quia per adventum veri judicis deficiet. *Sup. Prov. cap. 30.*

49. Sicut in Christo omnis plenitudo bonitatis habitavit, ita in Antichristo plenitudo malitiae et omnis iniquitas habitabit. *Prosec.*

50. Quia in ipso erit caput omnium malorum, scilicet diaboli, qui est rex super omnes filios superbiae. *Sup. Epist. II ad Thessal. cap. 2, in illud: Tanquam sit Deus.*

51. Post mortem Antichristi pax erit in Ecclesia, sup. *Apocalyps. cap. 8.*

52. Antichristus non Angelorum bello, non Sanctorum certamine, sed per adventum judicis solo oris spiritu æterna morte ferietur. *Sup. Daniel. cap. 8.*

53. Antichristus, qui per meritum nox erit, diem se in mundi fine simulabit, cum se quasi Deum hominibus ostentabit, cum claritatem sibi divinitatis fallaciter tribuet. *Lib. 4, Moral. cap. 12.*

54. Damnatus ille homo Antichristus, quem in fine mundi apostata angelus assumet ad prædicandum falsitatem suam, astutus ac duplices, atque hujus mundi scientiam habentes electurus est. *Lib. 13, Moral. cap. 5.*

55. Diabolus in ultimis temporibus illud vas perditionis ingressus (quod Antichristus vocabitur) nomen suum longe lateque diffundere conabitur. *Lib. 14, Moral. cap. 2.*

56. Antichristum nunc unusquisque imitatur, cum de memoria terreni nominis gloriam laudis sue extendere nititur, atque opinione transitoria lætatur. *Ibid.*

57. Antichristus tanta contra nos iniquitate effrenabitur, ut etiam electorum corda non parvo pavore feriantur. *Ibid. cap. 12.*

58. Antichristus tanta signa monstraturus est, et crudelia ac dura facturus, ut ad stuporem deducat, quos in fine mundi invenerit, et priores patres, qui in ejus expugnationem servati sunt, carnalis mortis dolore transligat. *Ibid. cap. 12.*

59. Antichristus tanta elatione extolletur, tanta virtute principabitur, tantis signis et prodigiis in sanctitatis ostensione elevabitur, ut argui ab homine ejus facta non valeant, quia cum potestate terroris adjunget etiam signa ostensæ sanctitatis. *Lib. 15, Moral. cap. 36.*

60. Diabolus ab initio mundi multo plures ante se traxit, quam finis mundi habeat, cum Antichristus venerit. *Ibid.*

GLOSS. ORD.

GLOSS. INT.

GLOSS. ORD.

GLOSS. INT.

GLOSS. ORD.

S. GREGOR. MAGNUS.

61. Tota virtus diaboli in Antichristo stringitur, qui in fine hujus mundi causa omnis erit malitiae, et quasi esset Deus, immensitate prodigiorum sublimis apparebit. *Lib. 32, Moral. cap. 12.*

62. Quid aliud quam Antichristi testis est, qui perdit auctoritate promissæ Deo fidei, testimonium perhibet errori? *Ibid. cap. 13.*

63. Antichristus veniens ipsas etiam summas hujus sæculi potestates obtinebit, qui duplici errore sæviens, conabitur ad se corda hominum missis prædicatoribus trahere, et commotis potestabilibus inclinare. *Lib. 33, Moral. cap. 23.*

64. Antichristus in extrema judicii commotione, in signis et miraculis tantus erit, ut a multis Christus æstimetur. *Ibid. cap. 25.*

65. O quanti Antichristi tentationis tempora non videbunt, et tamen in ejus tentationis procella versantur! *Pros.*

66. Cain tempus Antichristi non vidit, et tamen membrum Antichristi per meritum fuit.

67. Judas sævitiam persecutionis Antichristi ignoravit, et tamen viribus crudelitatis ejus succubuit avaritia suadente.

68. Simon divinus longe ab Antichristi temporibus extitit, et tamen ejus se superbae (miraculorum potentiam perverse appetendo) conjunxit doctrinae. *Lib. 26, Moral. cap. 6.*

69. Antichristus consurgere habet de populo Judeorum, et tam humilis erit atque despectus, ut si ei non detur honor regius, per insidias et fraudulentiam obtineat principatum, et brachia pugnantis populi Romani expugnentur ab eo et contrantur. *In Daniel, cap. II, sup. illud: Et stabit in loco ejus despectus.*

70. Antichristus simulabit castitatem, ut plurimos decipiat. *Ibid. cap. II in illud: Et Deum patrum suorum.*

71. Beatus interfecto Antichristo dies supra numerum præfinitum quadraginta quinque præstatur, quibus est Dominus atque Salvator in sua majestate venturus. *Pros.*

72. Quare autem post interfectionem Antichristi quadraginta quinque dierum silentium sit, divinæ scientiæ est; nisi forte dicamus: dilatio regni Sanctorum, patientiæ comprobatio est. *Ibid. cap. 12, sup. illud: Beatus qui expectat.*

73. Quisquis Christum, qualis ab Apostolis est prædicatus, negat, Antichristus est. *In libro contra Arianos.*

74. Cavete Antichristum; Antichristus autem est, qui unius divinitatis esse Filium cum Patre non confitetur. *Ibid.*

75. Antichristus erit purus homo, quem tamen diabolus sic possidebit, ut omni virtute nequitiae

sue, et omni iniquitate impleat; ut prorsus deditus illi et devotus, nihil velit, nihil possit, nisi quod diabolus vult et potest. De quaest. circa *Epist. II ad Thessal. quaest. 8.*

76. Antichristus comparatur lunæ, quæ luceat inferius, sed non superius; ita Antichristus in terrenis lucebit, sed non in caelestibus. *Pros.*

77. Luna de nocte luceat, non de die; ita ipse peccatoribus lucebit, non justis. *Sup. Ecclesiasticum, cap. 27.*

78. Falsi Prophetæ post Prophetas apparuerunt, et fallaces Apostoli post Apostolos, et post Christum Antichristus apparebit. *Hom. 47, sup. Matth.,*

79. Cum Antichristus venerit, licentius omni turpi voluptate iniqui, et qui salutem desperabant utentur. *Ibid. Hom. 78.*

80. Antichristus dicitur abominatio desolationis, quia multorum Christianorum animas facturus est desolatas a Deo. *Hom. 49. Oper. imperf. sup. Matth., in illud: 24; Cum videritis abominationem.*

81. Sacrificium Eucharistiæ (quod est Christianorum) tollendum est ab Antichristo, confugientibus Christianis ante eum per loca deserta; et non erit, qui aut in Ecclesiam intret, aut oblationes offerat Deo. *Ibid.*

82. Antichristus templum Hierosolymis reparare, et omnes veteris legis caremionis restaurare tentabit. *Lib. 8, Elymol., cap. II.*

83. Antequam Antichristus appareat, virtutes ab Ecclesia et signa cessabunt, quatenus eam quasi abjectiorem persequatur audacius. *Lib. 1, de Sum. bono, cap. 24.*

84. Omnis qui secundum Christianæ professionis normam, aut non vivit, aut aliter docet, Antichristus est. *Prosec.*

85. Plerique autem Antichristi tempora non visuri sunt, et tamen in membris Antichristi invenienti sunt.

86. Antequam veniat Antichristus, multa ei membra præcesserunt, et præve actionis merito caput proprium prævenierunt. *Ibid. cap. 25.*

87. Tam mira facturus est prodigia et signa, dum venerit, Antichristus, ut etiam electis quoddam cordis gignatur scrupulum. *Ibid. cap. 28.*

88. Gravius sub Antichristi temporibus contra Ecclesiam deserviet synagoga, quam in ipso adventu Salvatoris Christianos est persecuta. *Pros.*

89. Dum in Martyres diabolus jam exercerit crudelitatem magnam etiam ligatus, crudelior erit tamen Antichristi temporibus, quando etiam erit solvendus.

90. Nam si tanta ligatus facere potuit, quanta solutus faciet? *Ibid. cap. 25.*

HUGO CARD.

S. JOANNES CHRYSOSTOM.



91. Rex oriatur ex Syria malo spiritu genitus, eversor ac proditor generis humani. *Prose.*  
 92. Ille pugnabit adversus prophetam Dei, et vincet et interficiet eum, et insepultum jacere patietur; sed post diem tertium reviviscet, atque inspectantibus et mirantibus cunctis rapietur in caelum. Lib. 7. de *Divino praemio*, cap. 17.  
 93. Antichristus se ipse Christum mentietur et contra verum dimicabit, et victus effugiet, et bellum saepe renovabit, et saepe vincetur: donec quarto praelio confectis omnibus impiis debellatus et raptus, tandem scelerum suorum luet penas. *Ibid.* cap. 19.  
 94. Sicut Christus est electa sagitta Dei, sic et Antichristus sagitta diaboli. Hom. 3, sup. *Psalms*. XXXVI.  
 95. Qui aliena appetit, Christianus non est, sed Antichristus. Lib. 6. Ep. 32, ad suos *Erenitas*.  
 96. Ex scripturis colligitur Antichristum tribus annis et dimidio regnatum: tempus enim, annus est; tempora, duo anni sunt: tribus igitur annis regnaturus. *Prose.*  
 97. Deinde divini furoris gladio est perimendus, ut et tyrannus omnino desperat, et vero Regi creatura se universa prosternat. Opusc. 59, c. 2.  
 98. Antichristus consilium secretum habebit cum diabolo, quomodo occulte colet, et astuto consilio finget se Christum esse, ut Christianos decipiat; et simul circumcisionem et sabbata prohibet, ut seducat Hebraeos. Sup. *Psalms*. LXXXII, vers. 4.  
 99. Antichristus ut homo, est septima; ut diabolus est octava bestia; etenim ille filius perditionis, simul et homo et diabolus est. Lib. 10. in *Apocal.* cap. 17, sup. illud: *Et Bestia quae erat*.  
 100. Antichristi adventus erit secundum operationem Satanae. In *Summa*, part. 1, quest. 113, art. 4.  
 101. Antichristus omnium malorum hominum caput est. Secund. Secund. quest. 8, art. 8.

APOSTASIA.

*Elymologia.* Apostasia graecum est ἀποστασία, hoc est discessio, seu defectio.  
 Hugo CARD. Apostasia dicitur ab ἀπο, quod est retro, et ἀστος, quod est positio, quasi retro positus Apostata. Sup. *Proverb.* cap. 6.  
 S. AMBROSIIUS. *Definitio.* Apostatae habeantur necesse est, qui dnm Christum non recipiunt, rei sunt violatae legis ac promissi. Sup. *Ep. ad Rom.* cap. 9, in illud: *Si fuerit numerus filiorum Israel.*  
 S. BERNARD. Homo apostata est, qui relicto Religionis habitu, ad spurcitas carnis et saeculi, tanquam canis ad vomitum est reversus. Epist. 240, ad *Hildephons. comitem.*

Apostasia est temerarius a statu fidei, vel obesa fidentiae, vel Religionis recessus. In *Centiloq.* part. 1, sect. 26.  
 Apostatae dicuntur retro abeuntes a fide, religione, vel clericatu. Apud Gratian. in *decretis*.  
 Apostata in fide est, qui viam Christi et Apostolorum deserit. Sup. II, *Paralip.* cap. 21, in *Moral.*  
 Apostata in Religione est, qui regulam deserit a Patribus observatam. *Ibid.*  
 Quid est apostatare, nisi a Deo recedere? et ubique qui a Deo disjungitur, diabolo sociatur. Sup. *Sap.* cap. 2.  
 Apostasia est aversio a Deo, et voluntas non subessendi. Sup. *Ecclesiastic.* cap. 10.  
 Divisio. Triplex est apostasia: Perfidia, cum quis recedit a fide; Inobedientiae, cum quis recedit a praecipis Ecclesiae; Irregularitatis, cum quis recedit a religione claustrali, vel clericali. In *Centiloq.* part. 1, sec. 26.  
 Comparatio. Sicut qui a fide recedit, apostata est; ita qui ad perversum opus (quod deseruit) redit, ab omnipotenti Deo apostata absque ulla dubietate deputabitur, etiam si fidem tenere videatur. Hom. 9, sup. *Ezech.*  
 Apostatae sunt similes uxoris Loth, quae retro respexit, et hoc est apostatare. Opusc. *De perfec. vitae spiritualis*, cap. 25.

SENTENTIAE PATRUM.

1. Apostatae transgressores sunt sponte legis suae, ejusque violatores. In *Decret. Gratiani*, part. 2, causa 3, quest. 4. canon. *Beatus*.  
 2. Omnis Apostata refutandus est ante revisionem suam, nec in accusationem recte agendum, aut in testimonium suscipiendus. *Ibid.*  
 3. Nemo positus in monasterio, fratres, recedat de monasterio: mementote uxoris Loth, liberata fuit a Sodomis, et in via posita retrorsum respexit; ubi respexit, ibi remansit. Sup. *Psalms*. LXXIV, vers. penult: *Vovete et reddite*.  
 4. Judas penitens ivit ad Phariseos, reliquit Apostolos, nihil invenit auxilii, sed augmentum desperationis, quia ab unitate divisus erat. *De vera et falsa penit.* cap. 12.  
 5. Levis reputaris per tuam apostasiam, cum Juda incurris mentis instabilitatem; postponis Deum, amittis amicos, spiritum et spem recuperandi perdis, odio a cunctis haberis, et velut omnibus pejor apostata comprobaris. Serm. 18, ad *Fratr. in Erem.*  
 6. Apostatare nequam est, mortale est, cum damnatione semper vivere est. *Ibid.*, Serm. 34.  
 7. Pejor est desertor fidei, et ex desertore op-

pugnator ejus effectus, quam ille qui nunquam deseruit fidem, quam nunquam tenuit. Lib. 21, de *Civ. Dei*, cap. 25.  
 8. Si a fide quis ceciderit, a charitate etiam necesse est cadat; non enim potest diligere, quod esse non credit. Lib. 1, de *Doctr. Christ.* cap. 37.  
 9. Hostilibus manibus, hostilibus gladiis se exponit quicumque est ille, qui fugit a militia Dei. *Prose.*  
 10. Ac si ignoret quoniam hostes illi omnino carent misericordia; crudeles quidem in alienos, multo crudeliores in suos, quippe crudelissimi in seipso. Serm. 3, de *Dedicat. Eccles.*  
 11. Qui in habitu Religionis cor seculare gerunt et quidquid secularis consolationis invenire possunt amplectuntur, si pudor eorum neget apostasiam corporis, tepor ipse paulatim ingerit apostasiam cordis. Serm. 3, sup. *Psalms*. *Qui habitat*.  
 12. Qui a societate recedit, amittit conventuum solatia, aberrans facile sequitur devia, incurrit saepius vitae naufragia. In *Sent.* cap. *Qui a societate*.  
 13. Erubescere fugam, et non post fugam reverti in praedium, et rursus pugnare. Ep. 112, ad *Gaufridum Lexoviensem*.  
 14. Apostata Monachus, sine regula est, nec ordinem tenet, nec tenetur ab ordine. Ep. 193, ad *magistr. Yvonem Cardinalem*.  
 15. Apostasia spiritum extinguit, gratiam intercludit, teporem affert, et Deo solet vomitum provocare. Ep. 108, ad *Thomam de S. Audomaro*.  
 16. Homo apostata vir inutilis dicitur, qui a fidei veritate aversus, ad perfidiam falsitatem convertitur. *Pros.*  
 17. Perverse graditur, cum ad perversa dogmata pervenitur. Expos. 2 sup. *Psalms*. cxviii, art. 2, versicul. 11.  
 18. Toties praelatus in apostasiae crimen labitur, quoties praese hominibus delectatur. In *Sap.* cap. 6.  
 19. Qui a Deo disjungitur, diabolo sociatur. Hom. 23.  
 20. Quisquis ab Ecclesia segregatus adultera jungitur, a promissis Ecclesiae separatur; nec pertinet ad Christi praemia; qui relinquit Ecclesiam Christi, alienus est, profanus est, hostis est. *De unit. Eccles.*  
 21. Stare tu et vivere putas posse de Ecclesia recedentem? *Ibid.*  
 22. Nemo estimet bonos de Ecclesia posse discedere; triticum non rapit ventus, nec arborem solida radice fundatam procella subvertit. *Ibid.*  
 23. Quidquid a matrice discesserit, seorsum vivere, et spirare non poterit, substantiam salutis amittit. *Ibid.*

24. Qui a Deo deficiunt, fit continuo ut rebus carnalibus irretiantur, et immunditiam pro deliciis habeant. Lib. 3, *Glaphyrorum*, in *Exod.*, cap. 4, de *Vitulo conflato*.  
 25. Quid prodest quod discedis, qui quocumque loco vadas, te tecum portas? merito discede, res, si quoquam te fugere posses. *Pros.*  
 26. Digne aliquis discedit, si illuc ire possit, ubi eum diabolus invenire non possit.  
 27. Non te fallas, non fugis discedendo adversarium de loco ad locum; sed de vitio ad virtutem, de passione ad emendationem; nam si eum aliter fugias, sequetur te; emenda te, et fugiet a te.  
 28. Quocumque discedis, vincula quibus adstrictus es passionum hinc atque inde circumvallant intima tua. Homil. 3, ad *monachos*.  
 29. Omnis apostata excommunicatus est. Apud Gratian. in *Decret.* part. 1.  
 30. Nemo extra Ecclesiam salvatur; qui foras exit, mortis suae reus fit. Sup. *Josue*, cap. 2.  
 31. Quicumque retrorsum convertitur a fidei veritate, necesse est ut cadat et moriatur. Sup. 1, *Reg.*, cap. 4.  
 32. Apostata a fide in sua malitia confirmatus, nititur alios fideles trahere secum ad infidelitatem. Sup. 11, *Paralip.*, cap. 24.  
 33. Apostata a Religione ad excusationem apparentem suae malitiae nititur fratres illius Religionis diffamare ac scandalizare; et sic quantum in se est, eos occidit per ablationem fame. *Ibid.*  
 34. Apostata de Religione non solum sustinet excommunicationem et aeternum conscientiae pungentem, sed etiam corporalem poenam, majorem quam in Religione. Sup. *Judith.* cap. 3.  
 35. Tanta est gravitas hujus peccati Apostasiae, quod vix potest homo ad bonum reparari. Sup. *Prov.* cap. 6, sup. illud: *Homo apostata*.  
 36. Non est major apostasia, quam creaturam a Creatore recedere, quae diabolo et homini fuit initium perditionis. Sup. *Ecclesiastic.* cap. 10, in illud: *Initium superbiam*.  
 37. Apostatae de quolibet statu magis formidandi sunt illis a quibus recesserunt, quam alii adversarii. Sup. *Hierem.* cap. 38.  
 38. Illi qui post fidem Christi perceptam ad apostasiam redierunt, Religionem christianam blasphemant, et ecclesiastico detrahunt cultui. Sup. 1, *Machab.* cap. 7.  
 39. Cum quis Apostatas arguit, et damnabiles ostendit, in timore debet arguere, ne forte sibi, suisque aliquid tale contingat. Sup. *Ep. Judae*.  
 40. Considera quanto periculo in divino iudicio dignus eris, qui temetipsum Deo omnipotenti, cui te sub monarchali habitu devoveras, subtraxisti.

S. BERNARD.

HUGO CARD.

GLOSS. ORD.

GLOSS. DEC.

S. GREGOR. MAGN.

S. THOMAS AQUINAS.

S. ANACLET.

S. DONAVENT.

S. AUGUSTIN.

S. CESARIUS ARELATENSIS.

S. CYPRIANUS.

S. GREGOR. MAGNUS.



Lib. 4, in *Regist. indict. 9. cap. 33. ad Venantium, Cancellarium Italiae.*

41. In quo habitu fueris, recole : et superna districtioris animadversione proposita, ad quid sis dilapsus agnosce. *Ibid.*

42. Unusquisque superbus rector, toties ad culpam Apostasia dilabitur, quoties præesse hominibus delectatus, honoris sui singularitate lætatur. Lib. 24. *Moral. cap. 14.*

43. Si lapsus ad suum Ordinem revertendi licentia concedatur, vigor canonice procul dubio frangitur disciplina; dum pro reversionis spe prave actionis desideria quisque concipere non formidat. Lib. 4. in *Registro, indict. 13. cap. 61. Ep. 17. ad Constantium Episc. Mediolan.*

44. Postquam quis a vera Religione cecidit, redolere pro bona fame opinionem cessat. Lib. 3, in *I Reg. cap. 2.*

S. HIERON. 45. Omnes qui Religione contempta revertuntur ad vomitum suum, et perditio nomine filiorum, impudentissimi canes appellatur. Lib. 9, in *Isaiam, cap. 30, sup. illud : Defecerunt principes Tancois.*

46. Eger curandus est, non necandus, ne in apostasiam vertatur. *Sup. Epist. II ad Thessal. cap. 3, in illud : Corripite ut fratrem.*

II GC. CARD. 47. Homo apostata nulli proficit, et multis officit. *Sup. Prou. cap. 6.*

48. Mala voluntas, quam Apostata in claustrum habebat, patefacta est quando exivit de eo. *Sup. Threnos, cap. 1.*

49. Apostatae per apostasiam fiunt infames, et nomen si quod prius habuerant, amittunt. *Ibid.*

S. JOANNES CERYSIOT. 50. Deus non te despiciet revertentem, qui aliquando horruit desertorem. *Pros.*

51. Tuos non aspernabitur reditus, qui ut re-deas suos demonstrat affectus.

52. Cupit Deus ignoscere, desiderat misereri desertoris : prevenit preces, dum ipse hortatur, ut homo qui deseruerit revertatur.

53. Desertores Deus desertus invitat, contemnentis revocat, offensus se reis ingerit, ut ignoscat, utque desertor redeat. *Ser. de Hierem. Propheta.*

54. Improbum est, et magna culpa, nolle per poenitentiam regredi. *Homil. 68, sup. Matth.*

55. Non ille de Ecclesia exire videtur, qui corporaliter exit : sed qui spiritualiter veritatis ecclesiasticæ fundamenta reliquit. *Hom. 46. Oper. imperf. sup. Math.*

S. JOANNES CLERIC. 56. Cum quis reliquerit cellam, demones culpæ, latetque seipsum miser, quod demon effectus sit. *Gradu 27.*

JOAN. GERS. 57. Apostata omnis, qui non credit, qui desperat, qui summæ præ omnibus judicium antepont,

qui propriam, non Domini voluntatem implere salagit. *Part. 3, Tract. 8, sup. Magnificat.*

58. Si vis exire de claustrum ut oblietas libertatem, devias et aberras : recedens enim a claustrum, elongaris a Deo. *Epist. 13, ad Monach.*

59. Apostata a stabilitate quam promiserat sumens Religionis habitum, damnabili levitate resiliens, de cibo ad vomitum, de cælo ad cœnum, de paradiso ad infernum, de claustrum ad sæculum revolavit. *Ep. 88, ad Abbatem Theobertiensem.*

60. In spectaculo quædam apostasia fidei est. *Libr. 6, de Guberna. Dei.*

61. Quicumque a perfectiori statu transit ad statum qui non est perfectionis, censetur apostata. *Opusc. de perfect. vite spirit., cap. 25.*

62. Qui bonam congregationem deserit, quasi extra portum stabilitatis et salutis divergens, marinis procellis se exponit. *Serm. 2, ad Novit., divis. 3.*

63. Apostatarum gesta, pia compassione consultus sunt defendenda, quam conscribenda. *Opusc. 12, cap. 11.*

64. Dignum est ut sicut quis ad Deum veniens, aptus sit regno Dei : sic a Deo recedens, non aptus sit postmodum regno Dei. *Opusc. 16, cap. 2.*

## SENTENTIE PAGANORUM.

65. Inconstantes, que petierant cupidissime loca, cupidius deserunt : et avium modo transvolant, citiusque quam venerant, abeunt. *Ep. 104.*

66. Fratrem volentem a fide recedere, hortare ne faciat : et si insanabilis sit, magis observa. *Sentent. 324.*

Vide etiam titulum *Retrogradi.*

## APOSTOLUS.

*Etymologia.* Apostoli sic dicti, quia Apostoli in latina lingua missi interpretantur : quia ipsos misit Christus evangelizare ad illuminationem omnium gentium. *Lib. 2, de Offic. Ecclesiastico cap. 5.*

Apostoli missi interpretantur, hoc enim eorum nomen indicat : nam sicut græcè ἀπόστολος, latine nuntii vocantur : ita græcè Apostoli, latine missi appellantur. *Lib. 7. Etymol. cap. 9.*

*Comparatio.* Stellis majores sunt Apostoli : stellæ in cælo sunt, Apostoli super cælos : stellæ de igne insensibili, Apostoli de igne intelligibili : stellæ noctu lucent, in die obscurantur. Apostoli in die et in nocte suis radiis ( hoc est virtutibus effulgent. *Pros.*

Stellæ orto sole obscurantur, Apostoli sole justitiæ resplendente, sua claritate lucescant : stellæ in Resurrectione cadunt sicut folia, Apostoli in

PETRUS  
ELESENS.

SALVIANUS.

S. THOMAS  
AQUINAS.

THOMAS A  
KEMPIS.

S. PETR. DAV.

SENECA.

SIXTUS PHIL.

S. ISIDORUS  
HISPALENS.

S. JOANNES  
CERYSIOT.

S. AUGUST.

Resurrectione rapiuntur in aera nubibus. *Serm., de Pent.*

Sicut nubes bejulant pluviam, et effundunt eam super terram : sic Apostoli ( qui nubes dicuntur ) accipiunt verba a Deo, et effundunt super rationabilem terram. *Hom. 20, oper. imperf. sup. Math.*

## SENTENTIE PATRUM.

1. Ex imperitissimis, ex abjectissimis, ex paucissimis illuminantur, nobilitantur, multiplicentur præclarissima ingenia, cultissima eloquia, mirabilesque peritias acutorum, facundorum, atque doctorum subjugant Christo. *Ep. 3, ad Volusian.*

2. Fidei imperator clementissimus, per conventus celeberrimos populorum atque gentium, sedesque ipsas Apostolorum arce auctoritatis munivit Ecclesiam. *Pros.*

3. Et per pauciores pie doctos, et vere spirituales viros copiosissimis apparatus, etiam invictissimæ rationis armavit. *Epist. 56, ad Dioscorum.*

4. Apostoli nihil a Christo diversum docuerunt. *Lib. 1, de consensu Ecang. cap. 16.*

5. Cælorum domine, Apostoli Christi significati sunt, quod in eis Deus præderet, ut Evangelium annuntiaret. *Ibid. cap. 30.*

6. Domine tu mihi lavas pedes ? inquit Apostolus : tu, mihi ? quid est tu ? quid est mihi ? cogitanda sunt potius, quam dicenda : ne forte quod ex his verbis aliquatenus dignum concepit anima, non explicet lingua. *Tract. 56, sup. Evang. Joann. de cap. 13.*

7. Non invidere nos oportet Apostolis, sed Apostolos imitari. *Serm. 5, de Verb. Apost.*

8. Tanta sub Apostolis fraternitatis dilectio fuit, ut tunc in conventu suo non inveniretur indigentia. *Ibid. Ser. 28.*

9. Fidelior factus est Petrus postquam fidem se perdidisse delevit, atque ideo majorem gratiam reperit, quam amisit. *Ser. 2 de Cathedra S. Petri.*

10. Dum insidiatur Petrus gregibus æquoreis piscium in mari, ipse in rete incidit Salvatoris : fit de prædone prædator, de piscatore piscator, de pirata captivitas. *Ser. 4, SS. Petri et Pauli.*

11. Discurrunt per universum mundum Petrus et Paulus, duo splendidissimi negotiatores, portantes coram gentibus pretiosa fidei mercimonia. *Pros.*

12. Circumferunt enim aromata justitiæ thura divini venerationis, incensum compunctionis, balsamum castitatis. *Serm. 5, SS. Petri et Pauli.*

S. BERNARD.

13. Merito Apostolis sanctis attribuitur, quod in Sapientiæ libris legitur : Ili sunt viri misericordie, sive quia misericordiam consecuti, sive quia misericordia pleni, sive quia misericorditer a Deo

nobis donati sunt. *Serm. 3, SS. Petri et Pauli.*

14. Si sanctus Petrus post tam gravem lapsam ad tantam rediit eminentiam sanctitatis : quis de cætero desperet, si tantum egredi voluerit a periculis ? *Ibid.*

15. Tria inveniuntur in Petro : fidei unitas, poenitentia veritas, amoris soliditas. *In sent. cap. Tria.*

16. Apostoli fortes fuerunt in bello, non molles in serico. *Sup. cap. 7. Luc, sup. illud : Quid existis videre hominem mollem ?*

17. Fuerunt Apostoli solidissimi sicut cæli, nulli cedentes penitus passioni. *Serm. 3, de Apost.*

18. Apostolorum est docere, non discere. *Lib. 2. Recognit.*

19. Apostoli magis illuminati Christi mysteria clarius conspexerunt, multipliciusque noverunt, quam vates Mosaicæ legis. *Sup. Epist. II B. Petri. cap. 1.*

20. Qui alii præsumt, in terra Apostoli, in cælo Archangeli sunt. *Sup. Epist. I, ad Cor. cap. 8.*

21. Primus character Apostoli est patientia, omnia dextre ac strenue ferre. *Sup. Epist. II, ad Cor. cap. 12, in illud : Signa Apostolatus mei.*

22. Plus nobis Thomæ infidelitas ad fidem, quam fides credentium discipulorum profuit. *Homil. 26, sup. Ecang.*

23. Sancti Apostoli virtutibus emicant, miraculis coruscant. *Ibid. Hom. 30.*

24. Petrus prius ancille vocem requisitus timuit : post adventum sancti Spiritus, vires principum cæsus premit. *Ibid.*

25. Apostoli mundi hujus potestatibus contraire non præsumpissent, nisi eos sancti Spiritus fortitudo solidasset. *Ibid.*

26. Sanctus Petrus tanto vires persequentium patiendo fortiter destruxit, quanto inter adversa nullis tortoribus cessit. *Lib. 28. Moral. cap. 6.*

27. Post resurrectionem Thomas electus ille discipulus defuit, ut postea veniens audiret, audiens dubitaret, dubitans palparet, palpans crederet. *Prosec.*

28. Non hoc casu, sed divina dispensatione gestum est : nam dubitatio et palpando testis factus est vere resurrectionis. *Hom. 26, sup. Evang.*

29. Apostolus medicus spiritualis est. *Ep. 22, ad Eustochium.*

30. Nemo Apostolis pauperior fuit, et nemo tantum pro Domino dereliquit. *Ep. 35, ad Euzeranum.*

31. Apostolorum fidem Judæ profudit non destruxit. *Ep. 6, advers. Vigilantium.*

32. Apostoli salvis inter se amicissimis disenserunt. *Ep. 22, ad Rufin.*

DIONYSIUS  
CARTHUSIAN.

GLOS. INT.

GLOS. ORD.

S. HIERONYM.



33. Piscatores illiterati mittuntur ad predicandum, ne fides creditum non virtute Dei, sed eloquentia atque doctrina fieri putaretur. Lib. 1, sup. *Math.* cap. 4, sup. illud: *Venite post me.*

34. Apostoli doctores veræ Religionis, qui instituebant omnia providentia Dei gubernari, seipsos ostendunt nihil cogitare de crastino. *Ibid.* cap. 10, sup. illud: *Nolite possidere aurum.*

35. Quomodo prophete habuerunt aliqua quæ Apostolos non habuisse credendum est; sic e contrario, pro opportunitate temporis, et pro Evangelii predicatione habuerunt Apostoli magis notum mysterium Christi. Lib. 2, sup. *Epist. ad Ephes.* cap. 3.

S. HILARIUS.

36. O in nuncupatione novi nominis felix Ecclesiam fundamentum, dignaque edificatione illius petra, quæ infernas leges, et tartari portas, et omnia mortis claustra dissolveret. *Pros.*

37. O beatus cæli janitor! cujus arbitrio claves æterni aditus traduntur, cujus terrestre iudicium præjudicata auctoritas sit in cælo. *Sup. Math.* in illud: *Tu es Christus filius Dei vivi.*

HUGO

A. S. VICTOR.

38. Sancti Apostoli candidiores sunt nive, nitidiores lacte, rubiendiores chore antiquo, saphyro pulchriores. Ser. 7, in *festo Apost.*

39. Nubes sunt Apostoli pluentes per predicationem, protegentes per orationem, coruscantes per virtutem, volantes per contemplationem. *Ibid.*

HUGO CARD.

40. Apostoli dicuntur cæli, quia sunt alti. Quia semper voluntur, et nunquam retrocedunt.

Quia, licet moveantur, nunquam tamen lassantur. Quia moventur ordinate. Quia ab eis descendit pluvia doctrinæ. *Sup. Psalm.* VIII.

41. Apostoli conscii fuerunt secretorum Christi. *Sup. Psalm.* XVIII.

42. Apostoli carnem, et mundum, et diabolum vicierunt, capta præda generis humani a diabolo ablata. *Super Isaiam,* cap. 9.

S. JOANNES

CHRYSOSTOMUS.

43. Christus, per undecim piscatores illiteratos et idiotas, omnem sibi orbem conciliavit. *Hom.* 28, sup. *Genes.*

44. Illiterati, idiotæ et piscatores, qui neque os aperire audebant, philosophorum obturaverunt ora, et transcurrerunt orbem quasi alati, seminantes veritatis sermonem, et Christi leges ubique plantantes. *Ibid.*

45. Liberari a putredine peccatorum Christi est virtutis: ut autem non ad illam iterum revertantur, Apostolorum cura est ac laboris. *Hom.* 15, sup. *Math.*

46. Apostoli fluctibus totius orbis in se pariter irruentibus, tyrannorum scilicet atque populo-

rum, Judæorum atque Gentilium, et suorum et alienorum, et diaboli prorsus et demonum, cumque omnis mota esset machina, rupe firmius constituerunt, et omnia ista domuerunt. *Ibid.* *Hom.* 23.

47. Apostolos magnos præcipue effecit, verus ac non simulatus gloriæ atque pecuniæ contemptus. *Ibid.* *Hom.* 47.

48. Si Apostoli facti honoribus Apostolatus sui frui sunt, sine dubio apostolicum cupierunt honorem, sed minime, manifestum enim est, quod tunc non apostolicum cupierunt honorem, sed questum apostolici operis et laboris. *Hom.* 7. *Oper. imperf. sup. Math.* in illud: *Venite post me et faciam vos, etc.*

49. Apostoli sedes Dei sunt; non est modica gloria Apostolorum, ut sermones eorum sedeant in hominibus fidelibus, sicut Christi sermones. *Prosec.*

50. Quia in sermonibus Apostolorum, vita omnium consistit, sicut in sermonibus Christi. *Ibid.* *Hom.* 33, sup. illud *Psalm.* XLVI: *Deus sedet super sedem sanctam suam.*

51. Apostoli apostolatus putatur honor esse ipsis Apostoli; vere autem non est, sed ministerium ejus honor ipsis est. *Prosec.*

52. Apostolos laudem non habebit apud Deum, quia Apostolus fuit, sed si opus apostolatus sui bene implevit. *Ibid.* *Hom.* 35.

53. Beatus Paulus blasphemus, beatus Matthæus raptor: ille persecutor, iste fraudator: sed blasphemus non permansit blasphemus, sed factus est Apostolus: et fraudator non permansit raptor, sed Evangelista factus est. *Hom.* 13. *Ex variis locis in Math.*

54. Quis Juda beator erat? sed factus est proditor; quis miserior Paulo? sed vas electionis constitutus est; quis Matthæo pejor? sed Apostolus est connumeratus; quis Simone abjectior? sed factus est omnium laudabilissimus. *Hom.* 68, sup. *Math.*

55. Apostoli prius vitæ exemplis docebant; deinde verbis. *Hom.* 1, in *Acta Apost.*

56. Maximum est miraculum absque miraculis orbem terrarum a duodecim pauperibus et illiteratis hominibus attrahere. *Ibid.*

57. Vocare Apostolos rusticos, indoctos et illiteratos, pauperes, abjectos, imprudentes, obscuros, non sunt hæc maledicta in Apostolos, sed gloria; quod tales viri toto orbe clariores apparuerunt. *Hom.* 3, sup. *Epist.* 1, ad *Cor.*

58. Nihil habebant Apostoli, et tamen omnia possidebant: quid hæc voce honestius, quid beatius, quid completius? *Ibid.* *Hom.* 15.

59. Apostoli, spreta servili domo, calcatisque

divitiis, Dominisui imperio potiti sunt. *Hom.* 10, sup. *Epist.* 2, ad *Tim.* in *Moral.*

60. Apostolus membrum et vasculum est corporis Christi, ab ipso cuncta recipiens, qui quasi per venas et arterias (sermonis videlicet) æternam vitam in omnes percurrere facit. *Serm.* 11. *Ep. ad Ephesios.*

S. ISIDORUS

HISPALENSIS.

61. In ipsis Apostolis plus erat mirabilis virtus operum, quam virtus signorum. *Lib.* 1, de *Sum. bono,* cap. 24.

S. LEO I.

62. Felices (sancte Apostole) lacrymæ tuæ, quæ ad dihendam culpam negationis, virtutem sacri habuere baptismatis. *Serm.* 9, de *Passione Domini.*

S. MACHARI.

63. Apostoli erant soles emittentes radios in omnes partes mundi. *Hom.* 14.

S. MAXIMUS

TAUR.

64. Clavis Cæli lingua est Petri; quia singulorum merita censendo Apostolus unicuique regnum celorum aut claudit, aut aperit. *Hom.* 1, de *SS. Petro et Paulo.*

ORIGENES.

65. Christianis Apostolorum dicatorum chara esse debet auctoritas. *Hom.* 7, in *Levit.*

S. PETRUS

CHERYSOL.

66. Apostoli pauperes censu, loco humiles, viles arte, obscuri vita, labore communes, addicti vigilis, fluctibus mancipati, negati honoribus, injuriis dati, præsidio retis solo piscium capto vicium vestitumque conquirebant. *Prosec.*

67. Erant censu pauperes, sed innocentia locupletes; loco humiles, sed sanctitate sublimes; viles arte, sed simplicitate pretiosi; obscuri vita, sed vitæ merito perlicentes.

68. Erant labore communes, sed proposito singulares; addicti vigilis, sed ad cælestes victorias jam vocati.

69. Fluctibus mancipati, sed fluctibus non demersi; negati honoribus, sed dilatati magis honoribus, non negati.

70. Injuriis dati, sed injuriis non relictii: captores piscium, sed piscatores hominum jam decreti. *Serm.* 28.

PETRUS

DAMIANUS.

71. Omnes Sancti Apostoli unius privilegii dignitatem, unius fastigii celsitudinem, nec disparum cælestis gratiæ comprehendant habere virtutem. *Serm.* 41, de *S. Bartholomæo.*

72. Ut firmam spem peccatoribus Christus daret, non illos ad Apostolatus culmen elegit, qui credebantur inter homines justi, et aliqua sanctitate videbantur insignes, sed vel ignaros justitiæ, vel etiam peccatores. *Serm.* 51, de *S. Math.*

ROBERTUS

BELLAM.

73. Vere Apostoli primi Ecclesiæ filii sunt, qui toti orbi terrarum leges dederunt, quod nullus temporalis Monarcha facere potuit. *Sup. Psalm.* XLV, vers. 18.

RUPERTUS.

74. Licet Prophete omnes sancte et juste vixerint, eorum tamen merita Apostolorum dignitas

excellit; qui non solum recte vixerunt, sed etiam ipsum Dominum (quem illi a longo prædixerant) corporali presentia viderunt. *Lib.* 12, in *Apoec.* cap. 21.

75. Primus character Apostoli est patientiæ. *Sup. Ep.* 2, ad *Cor.*, cap. 12, in illud: *In omni patientia.*

THEOPHY-

LACTUS.

76. Majores ministri in Ecclesia sunt Apostoli, ad quorum officium tria pertinent: auctoritas gubernandi, facultas docendi, et potestas miracula faciendi. *Sup. Ep.* 1, ad *Cor.* cap. 12.

S. THOMAS

AQUINAS.

77. In Apostolatu duo sunt, scilicet altitudo potestatis, et claritas sapientiæ. *Sup. Ep.* 1, ad *Timoth.* cap. 1.

78. Apostoli contumeliis affecti benedicebant, vexati calumniis obsecrabant, et cum existimarentur quasi excrementa mundi, se omnium adhuc illuivem, et sordes fatabantur. *Lib.* 4, sup. *Cant.* in illud: *Despectione despicens eum.*

THEODORET.

APPARERE, SEU VIDERI.

SENTENTIÆ PATRUM.

1. Non ab hominibus videri nefas est, sed ideo hoc agere ut videaris ab hominibus, nefas est. *De serm. Dom. in monte,* lib. 2.

S. AUGUST.

2. Quisquis se vult videri quod non est, hypocrita est. *Ibid.*

3. Superbus (quod pejus est) justum se vult videri, cum non sit. *Sup. Psalm.* CXXI.

4. Mirabilem te apparere, et contemptibilem reputare, hoc ipsis virtutibus mirabilis judico. *Serm.* 13, sup. *Cant.*

S. BERNARD.

5. Quid perversius, quidve indignius, quam ut inde velis videri melior, unde videris deterior? *Prosec.*

6. Mirabile jactantiæ genus, ut non possis putari sanctus, si non appareas sceleratus. *Ibid.* *Serm.* 16.

7. Heretici ita in malum honorum, boni apparere student, mali nolunt, ut plus liceat malignari. *Ibid.*, *serm.* 66.

8. Mali, boni videri, non esse; mali non videri, sed esse volunt. *Prosec.*

9. Mali sunt, et boni videri volunt: ne soli sint mali; videri timent, ne parum sint mali. *Ibid.*

10. Cum sis Christo desponsata, si ante oculos hominum vis apparere, non es casta, sed adultera. *Serm.* 64, ad *Sororem.*

11. Noli alter apparere foris, quam te invenis intus. *Serm.* 42, sup. *Cant.*

S. BONAVENT.

12. Sicut gallina statim cantat, cum posuerit ovum: sic superbus et hypocrita statim vult videri, cum fecerit aliquid opus bonum. *Tit.* 1, *Diata,* cap. 3.



13. Noli aliter apparere foris, quam te invenis intus. In *Medit. vita Christi*, cap. 16.
14. Tutus est velle latere, quam apparere. In suo *Alphabeta Religios.* lect. 13.
- S. CYRILLUS HIEROSOLYM. 15. Imitatur virtutem improbitas, et zizania contendit triticum videri, quae quidem specie quadam tritico assimilatur, gustu autem a sententibus facile discernitur. Cateches. 4.
- S. FRANCISCUS ASSISIENSIS. 16. Nunquam qui vult apparere, potest venire ad contemplationem. Apud B. Bonavent. 1, ser. 20. in *Hexam.*
- GLOSSA ORD. 17. Non prohibetur videri, ut Deus laudetur; sed videri, ut ipsi homines laudentur. Sup. *Math.* cap. 6, sup. illud: *Ut videamini ab eis.*
18. Non est nefas videri, sed appetere videri. *Ibid.*
- S. GREGOR. MAGNUS. 19. Non appetas ultra videri, quam es, ut possis ultra esse, quam videaris. Lib. 4, in *Registro*, indict. 43, cap. 58. Ep. 14, ad *Joan. Epis. Ravennatem.*
20. Sciunt, inter magna, quae ostendunt magni, perjectantiam non apparere. Lib. 4, in *Reg.* cap. 4.
21. Omnes qui in hoc mundo videri aliquid volunt, densis cogitationum tumulibus in corde comprimuntur. Lib. 4, *Moral.*, cap. 28.
22. Omnes sancti etiam hoc ipsum videri refugiunt quod esse mererunt. Lib. 4, *Moral.* cap. 7.
23. Nonnulli despectis ceteris videri appetunt. *Ibid.*, lib. 23, cap. 4.
24. Quasi sub studio consulendi libido erumpit apparendi. *Prosee.*
25. Non enim curat loquendo quid prosit, sed quid appareat. *Ibid.* cap. 5.
26. Tanto pejus ante Dei oculos luxuriosus existit, quanto magis ante oculos hominum castus apparet. *Ibid.* lib. 28, cap. 4.
27. O miseri! qui, affectantes laudes hominum, in semetipsis dissipant fructus laborum; cumque se ostendere alienis oculis appetunt, damnant quod agunt. *Ibid.* lib. 8, cap. 30.
28. Cum peryersi vera mala contra bonos non inventunt, falsa fingunt; ut, aliis derogando, ipsi justi videantur. *Ibid.* lib. 12, capite 15.
29. Tanto quisque amplius intus stultus fit, quanto conatur exterius sapiens videri. *Ibid.* lib. 18, cap. 25.
- S. HIERONYM. 30. Esse Christianum grande est, non videri. Ep. 13, ad *Paulin.*
- HUGO A SANC-TO VICTORE. 31. Non videri doctus, sed esse discas, vel queras. Lib. 3, *Didasc.* cap. 14.
- S. JOANNES CHRYSOST. 32. Si voluerimus magni ac mirabiles videri, non modo non tales erimus, verum etiam ceteris omnibus abjectiores futuri sumus. Hom. 66. Sup. *Math.*
33. Praecipuum vitium juvenile est gloriatio,
- qua amplius vult videri, quam est; aut in toto vult videri non esse qualis est. Hom. 33. *Oper. imperf. sup. Math.*
34. Vis apparere sanctus? circa vitam tuam esto austerus, circa alienam autem benignus. *Ibid.* Hom. 43.
35. O hypocrita! si bonum est esse bonum, ut quid non vis esse quod vis apparere? *Prosee.*
36. Si vero malum est esse malum, ut quid vis esse quod non vis apparere?
37. Quod turpe est apparere, turpius est esse; quod autem formosum est apparere, formosius est esse.
38. Esto quod appares, aut appare quod es. *Ibid.* Hom. 45.
39. Salius et expetibilis est coelo, non terra; Deo, non hominibus admirabilem apparere. Hom. 41, sup. *Joan.*
40. Tales esse quales apparent iustorum est. Hom. 8, sup. *Epist. II, ad Cor.*
41. Fuge videri, quod esse meruisti. Lib. 2, de s. ISIDORUS HISPAL. *Synonym.* cap. 11.
42. Esse quam videri praestantius est. Lib. 3, s. ISIDORUS HISPAL. *Epist.* 374, ad *Archontium Presbyt.*
43. Nescit Deum, et semetipsum prosum igno- s. LAURENT. JUSTIN. rat, qui ante oculos hominum apparere desiderat. Part. secund. de *Regim. praet.* cap. 12.
44. Hypocrite magni student videri, non fieri. s. PROSPER. Lib. 2, de *Vita contempt.* cap. 4.
45. Pudicitiae Christianae satis non est esse, Tertullian. verum et videri. De *cultu feminarum.* cap. 13.
46. Ceteris despectis appetere singulariter videri, superbia est. Secunda secunda quest. 162, art. 4.
47. Nemo secure apparet, nisi qui libenter la- THOMAS A KEMPIS. tet. De *Imit. Christi*, cap. 20.
- SENTENTIA PAGANORUM.
48. Non omne quod apparet, verum est. Quart. ARISTOTEL. *Metaph.*
49. Virtute ipsa non tam multi praediti esse, quam videri volunt. De *Amicit.*
50. Ne quid esse videri velis; quod si quid aliis esse videaris ipse tibi diffidit. In suo *Enchirid.* cap. 18.
51. In hoc unum omni studio tibi incumbendum est, ne melius, sed potius vir bonus videaris. De *Scientia.*
52. Homo simplex et ingenuus est, qui malit esse revera bonus quam videri. Lib. 2, de *Republ.*
53. Satage non videri, sed esse iustus; certum est enim non esse eum, qui videri vult esse. Sent. 57.
54. Fidelis esse magis quam videri stude- *Ibid.*, sent. 179.

55. Si quid dederis, ut hominibus innotescas, non homini, sed propriae libidini praestitisti. *Ibid.*, sent. 332.
- SENECA. 56. Non majus quam es, videri velis. De *quatuor virtutibus.*
- APPARITIO.
- GLOSS. INT. *Definitio.* Apparere dicitur illud, quod insolitum est. Sup. *Acta Apost.*, cap. 1.
- HUGO CARD. Apparitio proprie est subita, invisibilis rei visibilis exhibitio. Sup. *Math.*, cap. 1.
- S. BONAVENT. *Divisio.* Considera quadruplicem Christi apparitionem. Apparet in mundo gratia Salvatoris; in anima, misericordia justificatoris; in iudicio, iustitia ultoris: in caelo, gloria remuneratoris. Serm. 1, de *Circumcisione.*
- HUGO CARD. Decem Christi apparitiones: prima, Mariae Magdalene; secunda eidem; tertia, Petro; quarta, duobus discipulis; quinta, ipsis reversis in Hierusalem; et decem Apostolis absente Thoma; sexta, post octo dies omnibus Apostolis; septima, ad mare Tiberiadis; octava, omnibus undecim in Galilea; nona, in cenaculo ipsis comantibus; decima, in monte Oliveti. Sup. *Math.*, cap. 28.
- SENTENTIA PATRUM.
- S. AMBROS. 1. Perturbamur et a nostro alienamur affectu, quando perstringimur alicujus superioris potestatis occurru. Lib. 1, sup. *Luc.*, cap. 1, in illud; *Apparuit illi Angelus.*
- S. AUGUSTIN. 2. Tanta erat evidentia veritatis, qua Jesus discipulis suis apparebat, ut eorum non solum negare, sed nec dubitare quidem ullus auderet. Tract. 123, sup. *Evang. Joan.*, de cap. 21.
- S. BERNARD. 3. Quibus Deus apparet, nil videre desiderabilius volunt, nil possunt delectabilius. Serm. 31, in *Cant.*
4. Priusquam appareret Dei humanitas, latebat ejus benignitas. *Prosee.*
5. Apparuerat ante potentia in rerum creatione, apparebat sapientia in earum gubernatione, sed benignitas misericordiae maxime apparuit in humanitate. Lib. 1, in *Floribus*, cap. 12.
6. Apparitio Domini, coruscationi fulguris comparatur, quia manifesta. Sup. cap. 17. *Luca*, sup. illud. *Sicut fulgur coruscans.*
7. Demones communius apparent magis in tenebris et in solitudine, quam in luce vel societate, quia sunt spiritus tenebrarum. Sup. *Num.*, cap. 23.
8. Apparitio quae apparet per demones cultoribus suis, communiter fit per abstractionem a sensibus, et cum aliqua horribili passione corporis. *Proa.*
9. In apparitionibus autem ex parte Dei, talis passio in corporibus horribilis non fit. *Ibid.*
10. Ad hoc Dominus apparuit in carne, ut humanam vitam admonendo excitaret, exempla praebendo accenderet, moriendo redimeret, resurgendo repararet. Lib. 21. *Moral.*, cap. 3.
11. Non potest anima cum a corpore abcesserit apud nos hic errare: eo quod post exitum a corpore in locum quemdam certum animae deducuntur; unde redire sponte sua non possint, nisi ipse Deus permittat. Hom. 29, sup. *Math. Oper. perf.*
12. Bono spiritu apparet, solet homo in initio timore corripi, sed mox gaudium, et consolationem recipit. *Prosee.*
13. Malo vero se exhibente, timor incussus permanet, vel etiam augetur in anima.
14. Quando daemon sese in Angelum lucis transfiguratur, anima in principio quidem exhilaratur; postea tamen confunditur, tenebrisque repletur.
15. Si ergo videndo visionem aliquam dubites, donec certior fias, Deum non offendis, etiamsi visio sancta et divina sit. In *Speculo spirit.*, cap. 2.
16. Anima egressa, in mundo non errat, scilicet ex se extra Dei voluntatem. Sup. *Math.*, cap. 8, in illud: *E monumentis egressi erant.*
17. Frequens Christi apparitio sufficiebat ad certificandum discipulos de veritate Resurrectionis. In sua *Summa*, part. 3, quest. 53, art. 3.
18. Christus in sua Resurrectione primo apparuit Virgini Mariae matri suae. Part. 2, serm. 4, in *Pasch.*
19. Non omne quod apparet, verum est. 4. *Metaphys.*, text. 7.
- APPETERE.
- Etymologia.* Appetere dicitur quasi apte petere. *Definitio.* Appetitus est quedam inclinatio animi in aliquid sibi simile et conveniens. Prima secunda, quest. 8, art. 1.
- Appetitus est concupiscentis partis in anima s. ANASTAS. motio. In lib. *vix ductis*, cap. 2.
- Appetitus naturalis est vis in animante movendis avide sensibus attributa. De *spirit. et anima*, cap. 37.
- SENTENTIA PATRUM.
1. Si appetitus rationi obediat, facile id quod deccat in omnibus officiis conservari potest. Lib. 1. *Offic.* cap. 24.
2. Qui aliquid appetit ultra vires suas, et non sibi proportionatum, stultus est. Part. 2, tit. 3, cap. 5.
- S. GREGORIUS MAGNUS.
- S. JOANNES CHRYSOSTOM.
- LUDE. BLOS.
- THEOPHYLACTUS.
- S. THOMAS AQUINAS.
- S. VINCENTIUS FER.
- ARISTOTEL.
- COLLEGIOR.
- S. THOMAS AQUINAS.
- S. ANASTAS.
- S. AUGUSTIN.
- S. AMBROS.
- S. ANTONIN.



3. Humanus appetitus, si carnis voluptatibus pascitur, carnalis, si animalis nominatur; si spiritualibus desideris delectatur, spiritualis nuncupatur. *De spiritu et anima*, cap. 37.
4. Plus velle quam sat est, avarorum est. *Lib. 3. de Lib. arb.* cap. 17.
5. Appetere voluptates corporis, et vitare molestias, ferinae vitae omnis actio est. *Lib. 1. de Lib. arb.* cap. 8.
6. Quisquis appetit quod appetendum non est, tametsi id non appeteret, nisi ei videretur bonum, tamen errat. *Prosec.*
7. Errare neque ille potest, qui nihil appetit, neque ille qui hoc appetit, quod deberet appetere. *Ibid.* lib. 2, cap. 9.
8. Qui appetit quod adipisci non potest, cruciatur; et qui adeptus est quod appetendum non est, fallitur; et qui non appetit quod adipiscendum esset, agrotat. *De morib. Ecclesie*, cap. 3.
9. Omnia hic cupidius quam prudentius appetuntur. *Ep.* 82.
10. Appetuntur ardentius, quae vetantur. *Ep.* 200. *ad Aselticum*.
11. Ex diversis visis diversus appetitus animarum est; ex diverso appetitu, diversus adipiscendi successus. *De lxxxiii. Quest.*, quest. 40.
12. Appetitio beatae vitae Philosophis Christianisque communis est. *Tract. de Epicureis*, cap. 3.
13. Ad appetenda caelorum regna plus valet mentis humilitas, quam praesentium divitiarum temporalis paupertas. *De duodecim abusum*, cap. 8.
14. Appetere de humilitate laudem, humilitatis non est virtus, sed subversio. *Serm.* 16. in *Cant.*
15. Ille huius mundi veraciter mala sentit, qui ejus bona inhiante appetit. *Lib. 6. Moral.* cap. 7.
16. Appetitus in corde prurit, sed sub te est; nisi sponte cesseris, nihil nocebit. In *serm. de Sex tribulat.*
17. Oportet reprimere quem extinguere non possumus appetitum. *Ibid.* serm. *de Triplici genere cogitat.*
18. Appetitus coelestium parit contemptum terrestrium. *Expos.* 2. sup. *Psal.* cxviii, cap. 2 vers. 3.
19. Naturale est summum bonum appetere. *Serm.* 2. *de sancto Thoma*.
20. Avari, quanto plura acquirunt, tanto plura appetunt. *Serm.* 55. *Petri et Pauli*.
21. Qui coelestem gratiam appetunt, magna tranquillitate vivunt. In *collat. de contempti. secuti*.
22. Nihil appetere iam, nihil desiderare de saeculo potest, qui saeculo major est. *Epist.* 2, *ad Donat.*, cap. 10.
23. Unum quodque sibi cognatum, et congenerum omnino appetit; anima quidem (ut corporis expertis) caelestia bona; corpus vero (ut e terra) terrenas voluptates. *De perfect. vitae spirit.*, cap. 24.
24. Nihil eorum, quae in mundo sunt expetit, qui divina charitate nutritur et alitur. *Ibid.*, cap. 90.
25. Non tantum in rebus pretiosis atque majoribus, sed etiam in minoribus valde offenditur Deus, si ultra quam appeti debeant, appetantur. *Sup. Apoc.*, cap. 18.
26. Quando in nobis carnalium rerum vixit appetitus, spiritualium a nobis sensuum elongabitur affectus. *Ser. contra Diversa vita*.
27. Quo nondum potius sumus, ardentius appetimus. *Sup. Hierem.*, cap. 2.
28. Anima humana, quae ad Deum appetendum facta est; quidquid infra Deum appetit, minus est; jure ei non sufficit, quod Deus non est. *Lib. 26. Moral.*, cap. 28.
29. Ille huius mundi, etc. Vide sup., num. 15.
30. Omnes qui illicita appetunt, densis cogitationum tumulibus in corde comprimuntur. *Lib. 4. Moral.*, cap. 28.
31. Qui ad appetenda aeternitatis atria accenditur, dignum profecto est, ut ab hoc temporalitatis amore lassetur. *Ibid.*, cap. 30.
32. Stulle appetuntur, quae ab appetitoribus suis non poterunt diu teneri. *Lib. 5, in 1 Reg.*, cap. 2.
33. Saepe animus fallitur, ut quod voluptuose appetit, necessarium suspiciat. *Lib. 9. Moral.*, cap. 40.
34. Curvum cor est, cum ima appetit. *Lib. 24. Moral.*, cap. 11.
35. Ardentius appetitur, quidquid est rarius. *Ep. 6, adversus Vigilantium*.
36. Omne quod rarum est, plus appetitur. *Ep. 43, ad Evagrium*.
37. Nihil sine causa appeti debet. *De Scripturis*, cap. 13.
38. Prava mens quanto magis foris transitoria appetit, tanto amplius intus a desiderio aeternorum conticescit. In *Threnos*.
39. Plus appetit carnalis voluntas, quam necessitas. In *Regul. S. Augustini*, cap. 1.
40. Quanto quisque minus appetit, tanto beator existit. *Ibid.* cap. 4.
41. Aegris (quibus spes revivendi est) nequaquam quae appetunt conceduntur: desperatis autem, omne quod appetunt, non negatur. *Sup. Hierem.*, cap. 12.
42. Tria maxime solent homines appetere, opes, voluptates, honores. *Prosec.*

S. DIADOCHUS

DIONYSIUS  
CARTHUSIANS. EUSEBIUS  
EMISEN.

GLOSS. ORD.

S. GREGOR.  
MAGNUS.

S. JUST. MART.

LACT. FIRM.

S. LEO I.

S. NILUS.

S. PET. DAM.

S. HIERON.

HUGO A S.  
VICTORE.

S. PROSPER.

RICHARD.

A S. VICTORE.

S. THOMAS  
AQUINAS.

HUGO CARD.

S. INNOCENT.  
PAP III.

43. De opibus prava, de voluptatibus turpia, de honoribus vana procedunt. *Lib. 2, de Contempt. mundi*, cap. 1.
44. Humanum genus non potest subsistere infra suos limites, sed amplius concupiscens, majora supra se appetit: et hoc est quod humanum genus potissimum perdit. *Hom. 3, sup. Genes.*
45. Ubi satiatus fuerit, non potest esse appetitus; absente vero appetitu, quomodo potest adesse voluptas? *Homil. 53, ad Popul. Antioch.*
46. In hominibus, utpote ratione praeditis, naturalis appetitio non tam ducit, quam ducitur. *Lib. 2, de fide Orthod.* cap. 22.
47. Primum unicuique est, scire quid appetat; secundum vero est, ut id quod appetit comprehendat. *Lib. 1, de Summ. bono*, cap. 17.
48. Quanto corpus inedia frangitur, tanto mens ab illicito appetitu revocatur. *Ibid.* lib. 3, cap. 37.
49. Quid securius in hac vita, quam huius saeculi nihil appetere? *Ibid.* lib. 3, cap. 16.
50. Ab omni appetitu carnali vacuus Christianus esse debet. *Ep. ad Zenam*.
51. Voluptates, opes, potentias, honores, atque omnia quae pro bonis habentur, non appetere, officia sunt virtutis. *Lib. 3, de Falsa sapientia*, cap. 11.
52. Non licet appeti, quod non licet concupisci. *Epist. 5, ad Pulcheriam Augustam*.
53. Ne appetas bona, quorum usus praeterit, et possessio perit. *Parænes.* 242.
54. Quid in hac vita laboriosius, quam terrenis desideris aestuare? quid quietius atque suavius, quam huius saeculi nihil prorsus appetere. *Lib. 2. Ep. 5, ad Hildebrand. et Stephan. Cardinales.*
55. Qui aliena appetit, Christianus non est, sed Antichristus. *Lib. 5, Ep. 32, ad suos Eremitas.*
56. Sapientis est hoc appetere quod bonum facit, non id quod decipit. *Sent.* 130.
57. Anima carnalia appetens, foeminae comparatur non habenti rectorem virum, qui est intellectus. *Ibid.* sent. 332.
58. Appetitus carnis semper in motu est, semper in transitu, semper instabilis est. *Prosec.*
59. Accedit et recedit, crescit atque decrescit; et sic semper recedit atque decrescit, ut iterum redeat et crescat: et sic semper redit et crescit, ut iterum recedat et decrescat. *Tract. 1, de flatu interior. homin.* cap. 10.
60. Oportet quod ultimus finis ita impleat totum hominis appetitum, quod extra ipsum nihil appetendum relinquantur. *Secunda secundae, quest. 1, art. 5.*
61. Appetitus boni debet regulari secundum rationem, cuius regulam si transcendat, erit vitiosus. *Secunda secundae, quest. 131, art. 1.*
62. Homo per immoderatum appetitum petit ea, quae statum et conditionem excedunt; non contentus his quae decent eum. *Prosec.*
63. Sicut si appetat vestes, non appetit eas ut miles si est miles, sed sicut comes; non ut clericus, si est clericus, sed sicut episcopus. *Opuscul. 7, sup. Pater noster. Petit. 4.*
64. Accidit in rebus temporalibus, quod non habitum appetatur, et habitum despiciatur, et tedium generat. *Ibid. Opusc. 9, de Decem praecipitis, verbo: Sicut.*
65. Quandocunque homo aliquid inordinate appetit, statim in se inquietus fit. *Lib. 1, de Imit. Christi* cap. 6.
66. Nemo appetit id quod in se habet, nec quod sibi contrarium est. *Primo Physic. text. 81.*
67. Ubiunque est sensus, ibi est appetitus. *Secundo de Anima.*
68. Efficiendum est ut appetitus obediant rationi, eamque neque praecurrant propter temeritatem, nec propter pigritiam, aut ignaviam deserant. *Lib. 1, Offic.*
69. Illud praestantissimum est, appetitum obtemperare rationi. *Ibid.*
70. Is quem appetitio frustratur, infortunatus est, qui in id incidit quod aversatur, calamitosus. In suo *Enchiridio* cap. 6.
71. Quod amicitia in hominibus est, hoc in rebus appetitio est. *Ep.* 66.
- Vidi etiam tit. *Mundus*, sent. 94. *Temporale*, sent. 33. *Voluptas*, sent. 6, 13, 144.

THOMAS  
KEMPIS.

ARTELL.

CICERO.

EPICTE.

SENECA.

HUGO CARD.

JOAN GERS.

S. THOMAS  
AQUINAS.

## SENTENTIAE PAGANORUM.

## ARBITRIUM.

Vide Liberum arbitrium.

## ARDUUM.

Vide Difficile.

## ARROGANTIA.

Definitio. Arrogantia est, quae sibi attribuit bonum quod habet, quasi a se habeat. *Sup. Psalm.* n, in illud; *Labia nostra a nobis sunt.*

Arrogantia est, quae se omnibus aliis praefert; vel quod non habet, falso sibi arrogat; vel quod habet, sibi (iudex suis meritis) adscribit, vel habere dicit. *Super Prov.* cap. 8 in illud; *Arrogantiam et superbiam, etc.*

Arrogantia est vitium, quo quis inclinatur exprimere bonum de se quod non habet. *Part. 4, in Descriptionibus terminorum, cap. Justitia.*

Arrogantia est per quam aliquis supra seipsum



PLATO.

extollitur. Secunda secunda, quæst. 112, art. 1. Arrogantia est habitus, qui vendicat et ostentat bonum, aut bona, quæ sibi non adsunt, de *Definit.*

S. GREGOR. MAGN.

*Divisio.* Quatuor sunt species tumoris arrogantium: cum bonum aut a semetipsis habere se estimant; aut, si sibi datum desuper credunt, pro suis se hoc accepisse meritis putant; aut cum jactant se habere, quod non habent; aut cum despectis cæteris, singulariter videri appetunt habere quod habent. Lib. 23, *Moral.* cap. 4.

S. JOANNES CHRYSOSTOM.

*Prohibitio.* Arrogantia contemptum, ac secediam parit. Ser. 19, sup. *Epist. ad Roman.* 4.

S. GREGOR. MAGN.

Arrogantia de superbia generatur. Lib. 32, *Moral.* cap. 7.

De superbia nascitur arrogantia, non de arrogantia nascitur superbia. Lib. 2, de *Sum. bono*, cap. 38.

S. JOANNES CHRYSOST.

*Comparatio.* Arrogans sicut vermis in stercore, sic in suis passionibus semper involvitur. Hom. 66, sup. *Matth.*

## SENTENTIÆ PATRUM.

S. ANTONIN.

1. Arrogans attribuit sibi illam scientiam et virtutem quam non habet. *Prose.*

2. Querit ex hoc aliis posse processu, subesse reuens, æquari cæteris non sufferens, adulationibus æquiescens, si aliquis eum non veneratur, impatiens. Part. 2, titulo 3, cap. 3.

3. In abominatorem venit humilitas, et in honore maximo habetur elationis arrogantia. Serm. de *Vand. mund.*

S. AUGUSTIN.

4. Non ita caveatur arrogantia, ut veritas relinquantur. In *Joan.* Hab. in *Decretis Gratiani.* Part. 2, causa 22, quæst. 2. Canonice *Non ita.*

5. De hominis quem false blanditiæ faciunt arrogantem, recte vulgo dicitur: Crevit caput. Ep. 147, ad *Proculianum.*

6. Cum omnis arrogantia odiosa est, tum illa ingenii et eloquentiæ multo molestissima est. Tract. 38, sup. *Evang. Joann.*, de cap. 13.

S. BERNARD.

7. Elatum cor, durum et expers est pietatis, ignarum compunctionis, sicum ab omni rore gratiæ spiritualis. Serm. de *Nimia fallacia presentis vite.*

8. Genus, ætas, scientia, cathedra, et quod majus est, primatus prerogativa, insolentia sunt lomes, et elationis occasio. Ep. 42, ad *Henricum.*

9. Non parit sibi arrogans, qui vel sibi arrogat quod est: vel mentitur de se quod non est. Epist. 87, ad *Operium canonicum regularem.*

10. Arrogans credit quod audit, laudat quod agit, et quod intendit non attendit. De *duodecim gradib. humilitatis*, gradus 3.

11. Arrogans de alia omni re plus sibi credit,

quam aliis; de se solo plus aliis credit, quam sibi. *Ibid.*

12. Nullo arrogantes in tartari profunditatem descendunt, quanto se altiora contingere putaverunt. Sup. *Psal.* xvii.

13. Modus arrogantis est (cum disputatur) de scientia, et eloquentia, se jactare. Sup. *Job.* cap. 33.

14. Modus arrogantis est, suam scientiam nimis magnificare. *Ibid.*

15. Predicationem arrogantium nullus admittet, si non aliquid humilitatis imagine permiscerent. *Ibid.* cap. 34.

16. Arrogans magis querit oburgare, quam reformare, ut superior videatur. *Ibid.* cap. 34.

17. Arrogans majora presumit et attentat, quam facultas sua et decencia se extendat. *Ibid.* cap. 40.

18. In arrogantiam (quæ est ruina diaboli) incidunt, quæ in puncto horæ (nec dum discipuli) fiunt magistri. In *Decretis*, part. 1. Distinct. 48. Can. *Prohibentur.*

19. Arrogantes ire motum deputant, quidquid a Sanctis geritur censura disciplinæ. Lib. 26, cap. 26, *Moral.*

20. Arrogantes, quia coram Deo conscientie testimonium non habent, querunt coram hominibus testimonium vocis aliene. Lib. 26, *Moral.* cap. 18.

21. Arrogantes sæpe falsis vera permittent, ut inde eorum mendacio citius credatur. Lib. 23, *Moral.* cap. 8.

22. Arrogantes charitatis viscera non habent. Lib. 26, *Moral.* cap. 5.

23. Arrogantia vitium roborat. Lib. 8, *Moral.* cap. 30.

24. Dum arrogantes magna et spiritualia agunt, in oculis suis magni sunt. Lib. 4, in 1. *Reg.* cap. 4.

25. Arrogantes ad loquendum prolatis laudibus animantur. *Ibid.* Lib. 5, cap. 4.

26. Arrogans apertè cognoscitur, si non elius aliquo velamine pallietur. Lib. 26, *Moral.* cap. 18.

27. Hoc proprium arrogantium vitium esse solet, ut et pauca credant, quæ ipsi multa dixerunt; et multa credant, quæ ipsi pauca dixerunt. *Prose.*

28. Qui enim sua dicere semper volunt, aliena audire non possunt. Lib. 26, cap. 17.

29. Arrogantes si non inveniunt voces hominum quas inhiante expectant, ipsi scientiam suam laudanter prædicant. *Ibid.* cap. 18.

30. Sæpe contingit, ut cum per tumorem mens in altum ducitur, in despectu omnium, sui admiratione sublevetur. Lib. 10, *Moral.*, cap. 14.

31. Arrogantes cum scientiam accipiunt, nihil se accepisse estimant, si hanc eos occultam habere contingat. *Prose.*

32. Nusquam suum gaudium, nisi in ore hominum ponunt. Lib. 23, cap. 4, *Moral.*

33. Sicut labor justorum est videre prava, nec corrigere: ita gravis est labor arrogantium, si quod sapient non ostendunt. *Ibid.* cap. 5.

34. Hoc habet proprium doctrina arrogantium, ut humiliter nesciant inferre quod docent; et recta quæ sapient recte ministrare non possunt. *Prose.*

35. In verbis enim eorum proditur, quod cum docent, quasi in quodam sibi videntur sublimitatis culmine residere; eosque quos docent, ut longe infra se positos, veluti in imo respiciunt; quibus non consulendo loqui, sed vix dominando dignantur. *Ibid.* cap. 7.

36. Arrogantes, inflatis suis sermonibus, sæpe fortia dicta permittent; nec considerant aliquando quid juveni, sed pensant studiose quid doceant. *Ibid.* cap. 10.

37. Eligat arrogans bona de se, vel falsa jactare, he mala passit, vel minima perpeti. In *Pastor.* part. 3, cap. 1.

38. Difficilius caremus arrogantia, quam auro et gemmis. Ep. 30, ad *Oceanum.*

39. Nihil impudentius arrogantia rusticorum, qui garrulitatem auctoritatem putant. Tom. 2. Ep. 41, ad *Oceanum.*

40. Judicium et ruina diaboli, nulli dubium est quia arrogantia sit. *Ibid.*

41. Incidunt in arrogantiam diaboli, qui in puncto horæ (nec dum discipuli) jam magistri sunt. *Ibid.*

42. Arrogantia est venditare quæ non habet; et gloriari ex eo quod non accepit, placendi hominibus cupiditate. De *fruct. carnis et spirit.* c. 4.

43. Arrogans de superbia se argui non estimat, quia se humilem putat. Sup. *Job.*, cap. 32.

44. Arrogantes licet docti, tanto a Dei luce longe fiunt, quanto apud se humiles non sunt. *Ibid.* cap. 37.

45. Nihil arrogantia crudelius reperitur. Homil. sup. *Psal.* cxxii.

46. Vitium potissimum, quod ex arrogantia gigni solet, est cum aliquis dignum se esse beneficiis existimat. Hom. 26, sup. *Matth.*

47. O periculosum vulnus? arrogantia malorum fons est. Hom. 3, de *Verbis Isaie*: Vidi Dominum.

48. Quod effertis animo, cum sis homo, cognatus terræ, ejusdem substantiæ cum cinere, tum natura, tum animo, tum actionum ducta? *Prose.*

49. Quid cristas erigit, homo fumus, et vanitas? Hom. 4, de *Verbis Isaie*.

50. Nihil arrogantia pejus, quæ mentis vires a natura hominibus confessas ita deiecit, ut amentes ac animo stolidos efficere videatur. Hom. 59, sup. *Matth.*

51. Omnis homo elatus, malum ipsum cui servit, dominum sibi facit. Hom. 1. *Oper. imperf.* sup. *Matth.*

52. Nihil hominem adeo stultum facit, quemadmodum arrogantia. Serm. 20, sup. *Ep. ad Rom.*

53. Arrogantia, quæ modestiæ metas transiit, stultos facit superbos. *Ibid.*

54. Arrogantia bulla facilius rumpitur, arnearum textura citius scinditur, fumo levius dissolvitur. *Ibid.*

55. Prima ingratitude, arrogantia est; aufert enim beneficentiæ donum. Serm. 5, sup. *Ep. ad Philip.*

56. Qui arrogans est, contumeliosus est, et percussor, et iracundus, et amarulentus, et tristis; bestia magis, quam homo. *Ibid.* serm. 7, in *Moral.*

57. Nihil sic in arrogantiam extollere consuevit, sicut anima cum libertate vivens. Hom. 1. ad *Popul. Antioch.*

58. Tantum malum est arrogantia, quæ persuadet ut quisque semet ignoret, postquam multos labores virtutis thesaurum exhaurit. Hom. 3. de *Verbis Isaie*.

59. Nihil adeo alienum est ab anima Christiana sicut arrogantia. Serm. 5, sup. *Ep. ad Philip.* in *Moral.*

60. Utilius est arrogantem in quocunque vitio labi, et humilem post casum Deo fieri, quam per elatiorem superbiere, gravioresque ruinas et damnationem per superbiam sumere. Lib. 2, de *Sum. bono*, cap. 38.

61. Arrogantes nunquam consequuntur legendo perfectam scientiam. *Prose.*

62. Nam quamvis scientes in superficie videantur, medullitus tamen veritatis arena non tangunt, quia arrogantia nubes præpediunt.

63. Semper enim arrogantes legunt, quæruunt, et nunquam inveniunt. Lib. 3, de *Sum. bono*, cap. 11.

64. Plerumque utile est arrogantibus deseri a Deo, quatenus suæ infirmitatis conscii, ad humilitatem redeant, et humiles post casum existant. *Ibid.* cap. 23.

65. Arrogantes stulti sunt, qui putant scientiam veritatis conjectura posse comprehendere. Lib. 3, de *Falsa sapient.*, cap. 6.

66. Væ arrogantibus! nãnt, cum sepulcrum in se, Nilus abs.

gressus fuerit, tum quisquam sit edocetur. Apud

S. ISIDORUS HISPALENS.

LACT. FIRM.

NILUS ABS.



- Joann. Damascenum, lib. 3, *Parvul.* cap. 96.  
 RICH. A. S. 67. Sicut nihil facilius cognoscimus, vel eru-  
 VICTORE. descimus, quam malitiam: sic nihil difficilius  
 cognoscimus, vel erubescimus, quam arrogan-  
 tiam. Lib. de *Erudit. hom. interior.* cap. 28.  
 68. Arrogantia oculum mentis obnubilat, vel  
 excecatur, ut nec teipsum agnoscere valeat. *Ibid.*  
 THEOPHY- 69. Arrogans et mentitur, et injuste agit.  
 LACTUS. Mentitur, eo quod de se plusquam meretur dicit;  
 injuste agit, quia alienam, et sibi non convenien-  
 tem gloriam rapit. Sup. *Joan.* cap. 7, in illud:  
*Hic verax est.*  
 S. VALERIAN. 70. Quid superest illi, nisi damnationis senten-  
 tia, cui arrogantia dominantur? Hom. 14, de *Bono*  
*humilit.*  
 IN VIT. PATR. 71. Arrogans et inflatus, ab Angelo provi-  
 dentia derelinquitur. In Appendice *Heraclidis*,  
 cap. 36.  
 CICERO. 72. Omnis arrogantia odiosa est; sed illa in-  
 genii, atque eloquentiae multo molestissima.  
*Orat. 4, pro Caelio.*

## ARROGARE SIBI.

- COLLECTOR. *Definitio.* Arrogare sibi est bonum quod habet,  
 vel quod non habetur, ex se vel ex meritis  
 suis sibi vindicare.

## SENTENTIAE PATRUM.

1. Nihil sanctior plus sibi arroget, nihil sibi  
 S. AMBROSIUS. potentior plus vendicat, nihil usurpet ditior. Lib.  
 2, *Offic.*, cap. 24.  
 2. Mens nihil sibi arroget; quia se regere non  
 potest, nisi divino favore suffulta sit. Lib. 2, de  
*Abraham*, cap. 8.  
 S. AUGUST. 3. Quis est hominum, qui suam cogitans in-  
 firmitatem, audent viribus suis tribuere castita-  
 tem, atque innocentiam suam? Lib. 2, *Confess.*,  
 cap. 7.  
 S. BERNARD. 4. Non parit sibi arrogans, qui vel sibi arro-  
 gat quod est; vel mentitur de se quod non est.  
 Ep. 87, ad *Ogerium canonicum, regular.*  
 5. Vere et absque dolo eo quisque pessimus  
 est, quo optimus, si hoc ipsum quo est optimus  
 adscribat sibi. Serm. 84, sup. *Cant.*  
 6. Liber a culpa non est, qui alienum usurpat  
 S. DONAVENT. officium. In *Speculo disciplinae*, part. 1, cap. 4.  
 CASSIODORUS 7. Juste virtus humana deseritur, quando da-  
 tum bonum atque perfectum non largitori Deo,  
 sed propriis viribus applicatur. Sup. *Psalms*, xxxii,  
 vers. 16.  
 S. CYRILLUS 8. Humilioris fortis homo, si plus sibi quam  
 ALEX. quod est tribuat, cum risu dignus sit tum etiam  
 periculosus erit obnoxius. Hom. 4, in *Festis Pas-*  
*chalis.*

9. Nihil tibi homi tanquam tuum assignes, s. FULGENT.  
 ne non accipias quod accipere poteris, et quod  
 acceperas, perdas. Ep. 6, ad *Theodor.*, cap. 8.  
 10. Detestabilis est qui sibi tribuit homo, quod  
 Deus hominibus donat. *Ibid.*  
 11. Gravis culpa est, sibi hoc hominem arro-  
 gare, quod non est. Lib. 12, *Moral.*, cap. 16.  
 S. GREG. MAG. 12. Cum Deo contendere est, non ei tribuere,  
 sed sibi gloriam suae virtutis arrogare. Lib. 9,  
*Moral.*, cap. 2.  
 13. Qui accepta dona sibi arrogat, suis contra  
 Deum donis pugnat. Lib. 9, *Moral.*, cap. 2.  
 14. Si post virtutum munera nulla tentatione  
 animus concutitur, has se habere ex semetipso  
 gloriat. Lib. 8, *Moral.*, cap. 17.  
 15. Nihil suae virtuti tribuit, qui bonum quod  
 a conditore habuisse se imitat, qui ad laudem  
 conditoris narrat, indicans ab ipso se accepisse ut  
 bonus esset, a quo accepit ut esset. Lib. 21, *Moral.*,  
 cap. 13.  
 16. Sancti viri robur suum non deputant, quia  
 quantolibet ingenio fulgeant, nihil se esse ex suis  
 viribus pensant. Lib. 22, *Moral.*, cap. 2.  
 17. In tantum proficis, in quantum non stu-  
 dueris derogando fratribus tibi arrogare. Lib. 4,  
 in *Registro*, indic. 13, cap. 82, ep. 88, ad *Joan.*  
*episcop.*  
 S. HIERON. 18. Quicumque tribuit sibi bonum quod facit,  
 etiam si nihil videtur mali manibus operari, cor-  
 dis innocentiam perdit. Sup. *Prov.*, cap. 16.  
 HUGO CARD. 19. Ne invidiaris prudentiae tuae; nec tibi, sed  
 gratia Dei adscribe, si quid sis; si quid boni faci-  
 cis. Sup. *Genes.*, cap. 2.  
 20. Deo omnia adscribas, non tibi: vult enim  
 Dominus gloriam sibi, et homini utilitatem. Sup.  
*Deut.*, cap. 26.  
 21. Deum negat, qui ab eo non recognoscit  
 quidquid habet boni, sed sibi arrogat. Sup. *Job*,  
 cap. 31.  
 22. Qui sapientiam sibi praeceteris arrogat,  
 graviter peccat. *Ibid.*, cap. 32.  
 23. Sicut gravis culpa est homini, sibi arro-  
 gare quod non est: sic culpa nulla est, si hu-  
 militer dicat quod bonum est. Sup. *Isaiam*,  
 cap. 38.  
 24. Impudentissime tibi arrogas gloriam sine  
 victoria, aut victoriam sine pugna. Sup. Ep. ad  
*Hebr.*, cap. 10.  
 S. JOHANNES 25. Nihil de parentum nobilitate quidquam  
 CHRYSOST. nobis arrogemus, nisi probam eorum vitam se-  
 quamur. Hom. 43, sup. *Math.*  
 26. Qui sibi nihil arrogat, is vere humilis est.  
*Ibid.* Hom. 66.  
 27. Non poterit quisquam sibi vindicare, quod  
 Dei est, licet Deus, quod suum est, homini dig-

- netur adscribere. Hom. 2, in *dictum Joan.*, 15:  
*Vos amici mei estis.*  
 S. ISIDORUS 28. Circumspice temetipsum homo, nihilque  
 HISPAL. tibi arroges de his, quae in te sunt, praeter pec-  
 catum. Lib. 3, de *Sum. bono*, cap. 23.  
 S. JUSTINUS 29. Prudentiam nobis solis tribuere, et quasi  
 MART. vindicare non debemus. Ep. ad *Zenam*.  
 S. LAURENT. 30. Quantum sceleris arbitrandus est reus, qua-  
 JUSTIN. live animadversione equissime feriendus, qui di-  
 vinum furari praesumat honorem; et quod solius  
 est Dei, sibi ipsi nequiter vindicare conatur?  
 Part. 2, de *Regimine praelat.*, cap. 12.  
 31. Qui virtute est praeditus nescit quod Dei  
 est, sibi inaniter arrogare. Part. 2, de *Humilit.*,  
 cap. 12.  
 LUD. BLOSS. 32. Totum Deo tribue, quod bonum et laude  
 dignum est, nihil tibi. In canone *Vitae spirit.*,  
 cap. 8.  
 33. Cum nihil in te sit proprie tuum, nisi  
 peccatum, tu quidquid boni habes et agis, at-  
 tribue Dei misericordiae ac benignitati, et ne  
 pilum quidem ex his donis Dei tibi assumas.  
*Prosecc.*  
 34. Quod si quidpiam ex donis Dei tibi ad-  
 scripseris, usurpaverisque, latet in te grandis su-  
 perbia.  
 35. Odio tibi sit haec pestis perniciosissima, ut  
 non solum non adscribas tibi aliquid boni, verum  
 etiam malorum omnium, quae in mundo fiunt,  
 potius in te culpam retorqueas. In *Speculo spiri-*  
*tuali*, cap. 8.  
 PETRUS 36. Si noveris te esse, qualem laus aliena de-  
 BLESENS. pingit, non tibi, sed Deo adscribe. Ep. 132, ad  
*quemdam Abbat.*  
 37. Omnia spiritualia exercitii lucra referas ad  
 illius gloriam, qui est Rex gloriae; non tibi arro-  
 ges. *Prosecc.*  
 38. Fur enim et latro es, si tibi aliquid inde  
 usurpare praesumas; illic unde flumina exeunt,  
 revertantur. *Ibid.* tract. de *Instit. epis.*  
 S. PETRUS 39. Christus quidquid suarum virtutum est,  
 CHRYSOL. refert ad gloriam Patris; et homo, cujus suum  
 nihil est, sibi vindicare laborat. Serm. 113.  
 40. Nemo arrogat potentiae suae quod non dat  
 nisi Deus. *Ibid.*, serm. 115.  
 S. PETR. DAM. 41. Nullum inexorabilis persequitur multitu-  
 do, quam illum qui sibi multitudinis arrogat  
 principatum. Serm. 59, de *S. Nicolao*.  
 PETRUS MAUR. 42. Nihil fastus, nihil dominium, nihil majes-  
 T. CLUNAC. tas; sed totum sibi hominem aequitas, totum hu-  
 militas, totum ratio vindicat. Lib. 6, Ep. 46, ad  
*S. Bernard.*  
 S. PROSPER. 43. Qui omnia, quae bene facit, suis viribus  
 adscribit, nihil ei proderit quidquid boni facit.  
 Lib. 3, de *Vita contemplat.* cap. 1.

44. Si quis est, qui aliqua se habere existimat  
 bona, quorum non Deus largitor sit, sed ipse sibi  
 auctor existat, manifestum est non Dei spiritum  
 habere, sed mundi. *Ibid.* Ep. ad *Demetriadem*.  
 45. Nihil sibi arrogandum; cum enim in ho-  
 nis, et rectis actibus laudabilis vita ducitur, Dei  
 est quod geritur, Dei est quod amatur. *Ibid.*  
 46. Suum constituere meritum, ubi divinum  
 cessarit auxilium, haec superbia est, omni peccato  
 nocentior, omni genere elationis insanior. *Ibid.*  
 47. Apud se prudens est, et non apud Deum, S. REMIGIUS.  
 qui sapientiam quam habet, non auctori omnis  
 sapientiae deputat, sed sibi suisque meritis et stu-  
 diis. Sup. Ep. ad *Rom.* cap. 12.  
 48. Dona Dei suis meritis adscribere, quid tam  
 RICH. A. SANC- impium? Part. 2, sup. *Psalms*, xxv. TO VICTORE.  
 49. Maxima accusatrix hominum est usurpa-  
 trix innocentiae arrogantia. Lib. 4, de *Gubernat.*  
 SALVIANUS. 50. Sicut optimi cupiunt virtutum universa-  
 rum culmen ascendere: sic pessimi optant, pal-  
 mas sibi universorum scelerum vindicare. *Ibid.*  
 lib. 6.  
 51. Nullus debet sibi arrogare, quod Dei est. S. THOMAS  
 Secunda secundae quest. 66, art. 1. AQUINAS.  
 52. Ingratus est, qui sibi attribuit quod ab alio  
 habet. *Ibid.* quest. 162, art. 4.  
 53. Cum aliquis ex sua injusta voluntate sibi  
 attribuit plusquam sibi debeatur, justum est ut  
 diminuat etiam quantum ad id, quod sibi de-  
 bebatur. Part. 3, quest. 40, art. 6.  
 54. Nihil tibi de bono adscribere debes, nec ali-  
 cui homini virtutum attribuas, sed totum da Deo,  
 sine quo nihil habet homo. Lib. 3, de *Imit.*  
 THOMAS A. KEMPIS. *Cristi*, cap. 9, sect. 2.  
 55. Nemo quidquam sibi arroget, sed de Dei  
 bonitate sibi porrigi omnia confiteatur. *De fidei*  
*dispensat.* cap. 3, § 5.  
 56. In quo religiosae fidei labore profeceris, S. VALERIAN.  
 auctori tuae libertatis assignes, non tibi. Hom. 3,  
 de *Arca vita*.  
 57. Nemo sapiens Dei beneficia suis virtutibus  
 aestimet applicanda. *Ibid.* Hom. 7, de *Misericor-*  
*dia*.  
 58. Stultitiae genus est, ut homo suum esse ju-  
 dicet quod laboravit, qui in alterius potestate  
 consistit. *Ibid.* Hom. 11.  
 59. Stultitiae genus est, ut cum alii debeas vitam  
 beneficium, tibi adscribas ornamenta virtutum.  
*Ibid.*  
 60. Cavendum est, ne quando quod ad gloriam  
 boni operis pertinet, nostris virtutibus adscriba-  
 mus. *Ibid.*  
 61. Totum perdidit quod laboravit, qui prop-  
 teris virtutibus fructum sanctitatis adscripsit.  
*Ibid.*